NICANDRI

VETERIS POETAE ET MEDICI THERIACA ET ALEXIPHARMACA, CVM SCHOLIIS,

Interprete Iohanne Lonicero.



Cum gratia & priuilegio Imperiali ad sexennium.

COLONIAE OPERA IOHAN. SOTERIS, ANNO DMXXXI.

MVLTARVM

RERVM COGNITIONE, VIRtutibus & literis conspicuo, Dño Iohãni Ficino à Liechtenau, Illustrissimi Hessoꝝ principis Philippi &c. Cancellario, gymnasij Marpurgeñ. patrono, domino suo, Iohannes Lonicerus

εὖ πράττειν.



VANQVAM SAEPENVMERO mãsuetudini tuæ, uir pręstantissime, quã non incertis argumẽtis deprehendi, gratus esse in animum induxerim, hactenus tamen non satis integrum fuit, usq; dũ superioribus diebus diuinũ opus absoluerĩmus: E Græca lingua in Latinam præclara quædam monumẽta transfundẽtes, non ꝙ tanto fastu superbiam, ut meas uigilias diuinitate ornem, sed ꝙ ipsum autorem eo præconio nõ indignum censeam. Siquidem Nicandrum uetustissimũ & poëtam & medicũ uertimus, Agrippinatis typographi Soteris, bonis literis planè seruandis nato, desiderio obsequuti. Qui cum in lucẽ edẽdus esset, eguit optimatiũ alicuius auxilio ac tutela, quo liberius per Latium iter facere posset. In Græcia non paucis retro seculis abũde satisq; per sese munitus, omnibusq; & celeberrimus & præstantissimus iudicatus. Nunc Romanam indutus togam, non suo nomine angitur, sed mei potius causa, à quo hanc sibi collatã uestem gerit. Veretur em̃ ne satis cõmode hanc ipsi uestem, quę mea est tenuitas, aptauerim. Hic primũ humanissime Cãcellarie mihi occurristi, qui multis nominib⁹ dignus es habitus, ut tantum autorem in apricum, adeoq; sub conspectũ studiosorum collocares. Es enim ea grauitate, prudẽtia, eruditione, constantia (quibus uirtutibus apud non parũ multos Imperij Romani principes emicuisti) qua nonnihil autoritatis meo Nicandro, id est uesti, qua Nicandrum Latinum ciuem profe

rimus, sit accessurū. Tuo igitur fauore dextroq; auspicio, sub dio non detrectabit cōspici. Semper enī te comitem ac ueluti præsentē habebit ὑπερασπιστὴν καὶ θησέα, nec usquā citra te proficiscetur. Qua tamen re haudquaq̄ tibi uel grauamini erit, uel molestiam adferet, sed tuo nomini ęterniorē iuxtà splendorē impertiet, suamq; uitā tecum cōmunicabit, εἰ μὴ τὰ ἡμῶν ἐφήμερα ἐστὶ. Et ubicunq; Nicander uel uersabitur, uel ex usu suo prędicabitur, cōmune ad te præconium refluet. Nā tibi acceptū referent studiosi, qui aliquā siue cōmoditatem siue uoluptatē ex hoc grauissimo autore sunt accepturi. Atq; ut rectius tua humanitas talis tantiq; medici cū excellentiā, tū præstantiam intelligat, quæ de eo memoriæ prodiderūt Græci, subijciam:

GENVS NICANDRI.

Dionysius Phasiletes in libro quē de Antimachi poësi scribit, Nicandrū poëtā gñe Aetolū esse tradit. In libro ṽo de poëtis sacerdotē ipsum asserit Clarij Apollinis, atq; id muneris à maioribus illi ceu per manus traditū. Enimuero de sese ipse in fine Theriacῶn sic ait:

Protulit hunc Clarus ipsa niualis.

At Clarus locus Apollini dicatus est. Præterea filium eū esse Damnæi aiunt, ex eo q̄ ipse sic dicit:

Damnæi gnatum celebris laudare memento.

Attali temporibus uixit, qui Pergami dñatus est, deletus à Romanis, cui hisce acclamat uersibus:

Teuthranide retinens patrium nunc sedulo regnum
Audi, nec nostræ capiant te obliuia laudis
Attale, magnanimi surgens à stirpe Alcidæ,
Puræ & Lysiaces genuit quam dia uirago,
Tantalio Pelopi tæda sociata iugali,
Hippodamea nitens internecione procorum.

In Aetolia multū tp̄is cōmoratus est, ut planū fit è commentarijs, quos de Aetolia scripsit, eq; alia eius poësi: è fluuiorꝝ item & locorum Aetoliæ, aliarumq; eximiarū reꝝ cōmemoratione, deniq; plātaꝝ quarundā ab Aetolis sumptaꝝ proprietate.

EX

EX SVDA.

Nicander Xenophanis filius Colophonius, ut alij uolunt, Aetolus, grãmaticus, poëta & medicus, floruit posterioris Attali Galatonicæ, quẽ Romani sustulerunt, tẽporibus. Scripsit Theriaca, Alexipharmaca, Georgica, Hetæriuménωn libros quinq;, medicinarũ syluulam, Prognostica carminibus, quę tamen ex Hippocratis prognosticis trãssumpsit. De oĩbus oraculis libros quinq;: & alia in eodẽ gñe plurima uersibus: Hęc Sudas.

Scholia in Nicandrum adducunt etiam Thebaica, Ophiaca, Siciliã, Cimphia, Hiacinthũ pro Nicandri lucubrationib⁹.

Audiamus iamnunc quibus laudibus epigrãmata Græca Nicandrũ uehãt, nos ex primo libro utcũq; sic reddidimus.

IN GRATIAM NICANDRI.

Inter sublimes Colophon celeberrima fulget
Vrbes, quæ summos edidit una uiros.
Primus eñ hinc surgit uates diuinus Homerus,
Nicanderq;, animi clarus uterq; bonis.
Aethereis chari Musis uiguere, nec unquam
Horum post cineres, carmina sancta cadunt.

ALIVD EX HOMERO CONSVTVM.

Commoda multa quidẽ docuit medicamina, multa
Nicander nocitura simul percensuit, huius
Artis præ cunctis gnarus telluris alumnis.
Quid mirum? stirpem diuino ab Apolline ducit.

ALIVD AD EVNDEM.

Pæan cum Chirone, Aesclapius, Hippocratesq;
Quanq̃ sint summi medici, primasq; tenere
Dicantur, maior tamen his Nicander habetur.

En Græcorũ de poëta & medico nostro præconia, quibus satis superq; perspicuũ fit, quantũ ei steterit apud priscos autoritatis, & quo nobis loco persancta eius monumenta esse debeant. Q; si nullos è Græcia testes proferre daretur, quibus tanti uiri præstantia effulgeret, ex ipsis tamen laboribus suis, qui extant, nimirũ Theriacis & Alexipharmacis, quantæ cum do

ctrinæ,tum prudentiæ fuerit,satis cognoscitur.Nam ut eruditionem eius summam omittam (quam admiratus est Fabius Quintilianus dũ inquit: Quid Nicandrũ frustra sequuti Macer,atq; Virgilius? Cuius in poësi excellentiam suspicit M.Cicero,cũ de rebus rusticis hominẽ ab agro remotissimũ Nicandrũ Colophonium,poëtica quadam facultate non rustica,scripsisse præclare,testat) qua tantum ualuit,ut carmine medica posteris traderet,id quod cũ minime multis habet cõmune, admirabili prorsum in rimandis peruestigãdisq; naturæ mysterijs,industria,raroq; ingenio fuit.Quid enim admirabilius, qd rarius,q̃ uiperarũ,omnisq; generis serpentũ formas,longitudinem,ingressum,gyros, adeoq; naturam ipsam ob oculos ponere? Ad hæc insectorum quorundam,scorpionum, phalãgiorum,discrimina,seiunctas formas ordine describere,ictus illorum omnium, ictum'que seu morsum consequentia mala, & antidota illis ipsis medentia congerere,tradere,docere: postremo uenenatas potiones recensere, easq; contra Alexipharmaca,hoc est,ueneno resistentia medicamina uenenum ue propulsantia,tam erudito quàm eleganti carmine memoriæ prodere,non est nulla disciplina præditi uiri, sed enim doctissimi, prudentissimiq;. Atq; ista omnia, dij boni,quàm insignibus tum historijs tum fabulis sæpe dilatat,amplificat, exornat? Vt si ob nihil aliud, hoc uel solo nomine,plurimum literarum amatores oblectare queat.Quin & theologi reperient hic, quæ eis ad sacræ scripturæ quibusdam in locis uberiorem intellectum faciant, & ex quibus magnifica & mirabilia dei cognoscant. Qua ratione cuiusq; generis scientia imbutis,haudquaquam displicebit,qui naturæ arcana tam graphice depicta in Nicandro perspicient. Quid medici naturæ interpretes? Nonne medicinæ,quantum ad theriaca & alexipharmaca attinet,τὰ κειμήλια deprehendent? Tuæq; humanitati Cancellarie prudentissime, non parum Veneris & gratiæ præstiturus est,si quando per otium in eum, ut legat, inciderit.Quamuis enim iuris perpetuo scientia occuparis,nun-

quam

quam tamen grauaris (pro tua & prudentia, & eximio erga pietatem & literas adfectu) uel à tua professione aliena gustare atque alta mente pellegere. Adeo prudens animus non dedignatur, quæ passim prodeunt cognoscere. Quanquam autem Dioscorides posterioribus libris & alijs passim, non pauca cum Nicandro communia tractet, uberius tamen & pulchriori ordine Nicander sua tradit. Adde quod Dioscorides pleraque Nicandrica suis monumentis interseruerit: id quod utrunq; conferenti satis innotescit, quando non semel Nicandrum ad suarum rerum confirmationem & testem adducat. Vertimus autem eam ob causam soluta oratione Nicandrum, quod uersibus rem transfigere plusculum temporis requirebat & negotij. Tum quòd laxo orationis habitu, & felicius & apertius res illa medica transfundi in Latium posset. Quòd si quis clarissimorum poëtarum, quos hoc seculum sustinet, posthac carmine Nicandrum traducet in Romanum theatrum, eius fœcundum ingenium, & fluidam uenam non iniuria demirabimur. Quia uero studiosis omnibus huiusmo di uatem non inutilem fore arbitrabamur, quæ uel obscuriora, uel succinctiora uidebãtur, dilucidius expressimus, fusius explicauimus, è Nicandri interprete, Dioscoride, Plinio, Oribasio, Apuleio Madaurense, Homero, Theocrito, Pindaro, id'que genus alijs, adnotatiunculis adiectis. Periphrases, quibus libenter utitur, sæpe poëtica loquendi formula reddidi. Epitheta uel raro uel nunquam omisi, ut qui poëtam uerterim, cui epithetis abũdare, peculiare est. Porro Græcæ literaturæ ignaris hac opera mea inseruitum est. Quibus Graius sermo perspectus est, fruantur sua uoluptate: illis enĩ iam antea satis facilis est Nicander. Atque hoc est quod Virgilius Marcellus in Dioscoride, Nicandrum omnibus paratum esse dicit, ni fallar. Non quòd omnes ex æquo intelligant, sed qui Græca tm̃modo calleant. Proinde præstantia tua humanissime Cãcellarie laborẽ meũ fauenti aĩo suscipiat, aduersum, si qui sunt, ęmulos defensura. Qua in re uel Nicandro nostro;

si manes

si manes eius persentiscere possent, rē gratissimā es facturus, tuaq́ꝫ prudentia dignissimā. Nulla em̄ re maius uirtutis specimen editur ab optimatibus, eo quo literis patrocinantur, bona studia prouehunt, Musarū cultores sustentant. Hic dū strenue illustrissimi principis tui conatum adiutas, oēs te merito eruditorū Camœnæ in Hessiæ seu ciuitate seu republica degentes exornabunt, euehent, decorabūt. Atqui dū uarijs mihi argumētis tuus erga bonas literas candor, animus, fauor, affectus exploratus sit, nihil est q̄ iamnūc addubitē, te minus Nicādro nostro manus præbiturū, ut hincinde maiore confidētia stare queat, doctorumq́ꝫ hominū uultibus obuersari: nihil est etiam q̄ ambigam te fauoris tui aliquod erga me symbolum exhibiturū. In Christo æternum uale, Marpurgi MDXXXI.

RENHARDVS HADAMARIVS ad Lectorem.

Omnigeno puncto dignissimus ille Camœnas
Qui laceras, opera dexteriore iuuat.
Quod præstat celebri noster Lonicerus honore
Assertor studij cernuus ille pij:
Lucida qui toties animi monumenta sereni
Protulit, æternam quæ meruere cedrum.
Et modo Nicandrum Latia uirtute superbum,
Ingenij nixu prosperiore dedit.
Hic breuiter cernis, quæ sint serpentibus atris
Naturæ, facies, toxica, deinde salus.
Hinc scytale, cenchris, dipsas, chersydros, ophites,
Spicula tabifico uulnere dira ferunt:
Hinc medico sumes præsentia pharmaca ductu,
Horrida quo Psylli more uenena premas.

NICANDRI

VETERIS POETAE ET MEDICI Theriaca, ad Hermesianactem, interprete Iohanne Lonicero.



VEnenatorũ cum formas, tũ perniciosas plagas, quibus hominẽ, quem improuidũ percusserint, interimant, Contrariaq; hisce malis antidota, mi Hermesianax inter multos mihi sanguinis gradu iunctos celeberrime, citra sudorẽ in tui gratiã uerè, sine fraude indubitanterq; in medium proferam. PROPOSITIO.

Proinde te laboriosus colonus, messor, ligna'que in syluis cędens obseruent, ut si quãdo ipsis uel in nemore uel ruri agentibus, letalem dentem aliquod uenenatorum inflixerit, abs te morborũ suorum remedia, quæ à me didiceris, recipiant. ATTENTIO: *Quibus hæc Nicandri opera commodet.*

Fama est malefica phalangia, ac iuxtà molesta reptilia, uiperas, & id genus innumeras terræ nocuas bestias è sanguine gigantum (quum aduersum Iouem belligerantes, trisulci eius telo contererentur) procreatas: si uera modo Ascręus ille Hesiodus prope ripas adeoq; aquas in secessu repositi amabilisq; Parnasi, recensuit. NARRATIO *Aggreditur opus ipsum. Venenatorum originem poëtice describit. Phalangia, reptilia, uiperæ unde.*

SCHOLIA.

SCholiastes hic τὸ μελισσήεντος explicãs, locum esse inquit prope Heliconem, à rege Melisse illic olim regnante dictum, qui cum ego non pugnabo. Et quia adijcit Nicãder, μυχάτοιο μελισσήεντος ἐν ὄχθαις, fluminis nomen esse contendere quispiam posset, perinde ac apud Homerum σελλήεις

πελλήεντος, ego ad Parnaſum retuli, ut ſit epitheton metaphoricon μελισσήεντος παρνησοῦ, ἀπὸ τῆς μελίσσης, hoc eſt, apibus ſcatēte Parnaſo, id eſt iucūdo, amœno propter muſas, quæ mellita Heſiodo carmina infuderunt.

Scorpius unde

Scorpiū uero quos momorderit, ſudore madidos, ac ueluti imbre humectatos reddentem, acuto ſtimu lo inuiſum, Diana Latonæ & Cæi Titanis filia produ xit, quando cita aduolaret Bœotio Orioni perniciem ſtruens, eò quòd puras deæ ueſtes manibus ſuis attre ctaſſet: hinc ſcorpius ſub lapide inſidias tendens, ſoli dam Orionis plātam ex improuiſo cecidit, cuius per ſpicuum atq; præfulgidum ſignum, ceu uenantis, in ter ſydera adeo fixum eſt.

Quò uenenata ſint fuganda.

Facile itaq; cuiuſque generis reptilia ex ſtabulis ſe ptisq; fugaueris, uel ex editiore loco, uel ex humi tibi utcunq; ſtrato lecto, quando ſiccæ æſtatis urentē de clinans calorē, per agros fugiens, in ſtipulā ſub noctē proſtratus, dormieris: uel quādo ſyluoſum tranſieris collē, aut uallis extremitatē, ubi plurima ſanē repti lia paſcuntur, nempe in ſyluis, nemoribus, ſaltibus & opacis luſtris. Aut quando planum areæ curſum pr ę terieris, aut per eum locū, ubi herbula primū ſurgens uiridia dumeta obūbrarit, iter feceris, tūc quū aridarū ſquamarū exuit ſenectutē, ſegniter ingrediens ſerpēs, quādo latibulū ſuū uerno tempore fugiens oculis cæ cutit, quē ſurculoſus fœniculi depaſtus ramus, & cele rem & oculis clare radiantem conſtituit.

Pro abigendis uenenatis antidota. Thimbram à Ro. cunilam & ſatureiam quoq; appellari Dioſcorides lib. 3. ca. 4. tradit.

Thimbra abiges noxias ſerpentū plagas, ac iuxtà ceruini multa cuſpide inſignis cornu ſuffitu.

Interdũ etiam aridũ accendens lapidẽ engangin, quem neq; fortis & consumẽtis ignis impetus exedit.

Dioscorides hunc lapidẽ gagaten appellat li.5.c.99. Gangæ Lyciæ ciuitas, quæ & Gangis, ubi reperit̃ lapis engangis uel gangitis prope littora ingens & uiridis. Huius lapidis ignis ardens bituminosum reddit odorẽ, q̃ serpentes fugantur, ita scholia.

Bletri, foliorum multiplici fissura cõspicuæ chartam in ignem iacias.

Bletrus herba est quæ dicit̃ pteris etiã & blachnon, asperæ & mordicãtis naturæ, latos lumbricos eijcit &c. ut Scholiastes habet.

Aut tu calentem sumens cachryos radicem æquali pondere nasturtio miscebis, adiunges item recens capreæ cornu, æquali libra statuens.

Latini filicem dicunt, ut est apud Dioscor. lib. 4. ca. 177.

Per cachryn hic nõ arborũ quarundã pilulã (cuius Diosco. in ornithogalo mentionẽ facit, & Plinius, Virg. itẽ Marcellus doctissimus optimi autoris interpres) indicari scholia satis ostendũt: sed libanotida, quæ rosmarinus Latinis appellat̃, id q̃d & Virg. Marcellus in libanotide itẽ ostedit, hũc ibi Nicandri locũ explicãs: libanotidis radicẽ fructũ cachry ferentẽ, ex foecundo gñe adserens. Hanc esse calentis naturæ cachryn, scholia testant̃, ut quæ gustata instar piperis linguã urat. Cardamus nasturtiũ Romanis, uaria noĩa eius apud Dioscor, Pliniũ, & Apuleiũ Madaurẽsem est uidere. Scholia in Nicandrũ asperam, fouentem, igneamq́ue huic uirtutem inesse monstrant impetigines minuendi, lepras exterendi.

Melanthii grauiter spirantis aliàs item sulphuris, aliàs bituminis æquilibri adiecta parte.

Melanthiũ Latinis nigella, uel papauer nigrũ est, ut Diosco. li. 3. c. 84.

Melanthiũ herba est frigori abigendo conueniens, si qs trina uice naribus applicet. Sulphur & bitumen grauiter olent & spirant, unde mẽstrua cient, catharros sistũt, leprã & caluiciũ molliũt. Sulphur orhopnœam dissoluit, lethargicos suffitu admotũ reuocat. Bitumen epilepticos exturbat: uino potũ, quartanã expellit, & uehementia, & spũs sui acrimonia. Quid mirũ igitur, si uel uenenata hæc interturbent?

Aliud antidotum.

Vel Threicium lapidẽ igni comburas, qui aqua irrigatus lucet & ardet, quã primum uero uel parũ olei adspersum senserit, restinguitur. Quem à Threicio

Dioscorides Thraiciũ lapidẽ li. 5. describit.

flumine, quod pontum appellant, pastores adferũt. Vbi ignobiles pecoris magistri Thracii carne uescentes, pecudes segnes comitantur.

Threicij lapidis natura ab ipso Nicãdro satis explanatur. Scholia tamẽ Aristotelem adferunt, qui fluuium talem in India & Media esse dicat, in q̃ nascaẽ huiusmõi lapis, q in aqua ardeat, oleo unct⁹ cõspsus'q; restinguaẽ.

Aliud. Dentatam mẽtũ περίφρασις serræ poëtica. Præterea graueolens flammę adiecta chalbana, urtica itidem, serraq; sectilis cedrus ualde dentatis dissecta mẽtis accẽsa, fumidũ emittit, fugantẽq; dracones odorẽ. Suffimentorũ epilogus. His iã caua spelęa, syluasq; tenẽtia uenenatorũ cubilia euacuabis, humiq; procũbẽs somnosatiabere.

Chalbana Syriace ferulæ succus. Diosco. chalbanon habet: Romani χ in γ mutãtes, galbanũ dicũt. De uoce ἀκνησις dubitari adhuc & sub iudice litẽ esse scholiastes innuit, alios hic urticam, alios Scyllam (ut Tyranniõnẽ & Apolloniũ Memphitam) intelligere tradit.

x. Sin hæc multo nimium labore constent, ac nox tibi iam tentorium adducat, adeoq; tu laborũ tuorum absoluto penso & quietẽ & grabatum desideres, tum iuxta sinuosi fluminis uortices & alueos, aquaticã comosamq; nepetam sectare, quandoquidem ea prope iucũdiora huiusmodi loca multa reperiatur, ac iuxta fluuiorũ labia & ripas irrigua cernatur, pulchris adeo fluminibus gaudens.

Calaminthen Latini nepetã uocãt, ut Diosco. scholia hic adijciũt, nepetam sero lactis sumptã elephantiases sanare, emplastri modo adhibitam succulas curare, icteron sedare.

II. Vel uiticẽ floribus insignẽ incidẽs tibi substerne.

Secundum est antidoton pro abigendis uenenatis & noxijs animalculis, substrato uitici indormire. Dioscorides agnon & id genus alia τῶ λύγου nomina recenset, à Romanis salicem amerinam appellari testatur. Quur id neget Virgilius Marcellus rationes habet, quibus nititur. Scholiastes Nicandri.

candri adijcit λύγος plantã esse, cui sint quinq; rami.

Quinetiam polio instrato graueolenti, cuius odor est horribilissimus, uti poteris. III.

Assentitur huic Dioscorides: Quinetiã inquit, uenenata pariter & incẽsum fugat polium.

Consimilem ad modum Alcibiacum tibi prodest, una cum origani iuba. IIII.

Echium appellatur herba, q uel uiperæ similis sit, uel folia uiperini capitis speciẽ referentia habeat: ἔχις em̃ uiperã sonat, de qua posthac plura nobis Nicander adferet: contra serpentũ morsus potã ualere Dioscorides tradit. Interpres duo gña numerat Echij, alterũ ocymũ, alterũ echieũ: Alcibiacũ ab Alcibio inuentore dicitur: uide Dioscoridẽ de echio, & Virgilium Marcellũ super eo capite.

Quin & abrotoni tunc agreste folium in lucidis montium locis floret, uel pascua præbentis serpilli. Quod animantibus nõ ingratum, liquidam terrã depascit: radices suas circumiiciens, hirsutis semper foliis expassum & pendens. V.

Quintũ aduersus uenenatorũ incursus antidotũ: obseruandũ hic abrotanũ dictũ esse, quod tenerũ & delicatũ uisu appareat: ἀβροτανὸν διὰ τὸ ἁβρὸν καὶ ἁπαλὸν φαίνεσθαι πρὸς ὄψιν. Serpillũ aũt παρὰ τὸ ἕρπειν αὐτοῦ τὰς ῥίζας ἐπιπολύ: Hæc scholia. Dioscorides Romanis absynthiũ Ponticum esse ait: Fugat, inquit Dioscorides, idẽ serpentes lectis instratũ, & ad suffitus incensum. Serpillũ Ro. eodẽ Græcis noĩe, mutata sola aspiratiõe in s, uel cicer erraticũ uocãt.

Cõsiderare hic etiã par est humilis conyzę, agniq; alba folia, asperamq; onogyrum. VI.

Conyza pulicaria multis, Romanis intybũ est, de qua Dioscorides: Potest tamen cũ folijs substratis, incensusq; pariter suffitu serpentes fugare. Conyza.

Agni pauloante facta mentio in uitice & λύγῳ. Huius folia mulierculæ in Thesmophorijs substernebant, contra Venerẽ em̃ facit: unde ἄγνος dicitur quasi castus flos, καὶ ἀγονός τις ὤν: de quo Dioscori. Fugant uenenata incensa & substrata folia, & contra eorũ morsus illita succurrũt. Alba aũt folia ad discrimen alterius agni, cui sunt nigra. Onogyros herbæ species, quã incidentem & ueluti infigentẽ dentes ideo appellat, quod sit aspera & spinosa, ac serratis folijs. Agnus, Onogyrus.

VII. Hũc ad modũ resectis asperis malogranati ramis
VIII. utere, siue hastulæ regiæ ample expasso termite. Sumes item strychnũ & inuisa scyra, quæ in uere bubulco officiunt, quo tẽpore boues lasciue saltant, si quando caules fruticum ederint.

Strychnus mollis olusculi speciem esse in Theocritũ scholia tradũt hisce uerbis: στρυχνὸς εἶδος λαχάνου μαλακόν. Huius 4. gña Diosco. habet. Scyra, herbã ideo inuisam Nicãder nominat: ꝙ ut ipsius interpres annotat, eius sint naturæ, ut armenta, quæ gustarint ad rabiem uertant, quæ in furorẽ acta gregẽ deserunt, ac impetu quodã aliò præcipitantur. Vnde pastores fugientia insequi, adeoq́ꝫ defatigari oportet. Quod cauentes sæpe qui resecant, sicubi scyra crescentia uideant: inuisa sunt ergo & odio habentur à bubulcis scyra.

IX. Pinastelli etiam ramulos colliges, cuius amarus grauisq́; odor, uenenata & occurrentia insequitur.

Peucedanon Latinis pinastellũ uel herbã satariã dici Diosco. autor est, cuius suffitu serpentes fugari idem testatũ, παρὰ τὴν πεύκην. i. à pinu.

Hactenus insternendarũ lecto herbarum remedia, nunc unguenta quædam docet.

Atq; sola ipsa in decẽti, quod in agro tibi stratum est lecto, depone.

Porrò sic oppilare queas caua uenenatorũ antra, ut in his sese cõtineant, nec te adoriantur: Si cedri fru-

Vnguentum I. ctu in fictile uas aliquod, uel lecythũ minutim intri-
II. to secto'ue, habilia tua membra inunxeris. Vel, si pinastelli graueolẽtis, uel sicca montani intybi folia in oleo tusa in lecythum indideris, indeq; te perunxeris.

III. Eadem ratione medicãte saluia, silphiiq́; radice uti licet, quã uellicantes digiti conterere queant.

IIII. Sepe etiam cruentorum porcorum odorem bestias uirulentas subtimuisse constat.

κεδρίδας fructus est cedri. Habet enim cedrides oleaginum humorem

alte

λίπει pro λιπαίω. Ἀλθήεντα, hoc eſt, medicantem, ſalubrem & commodũ medicinæ. ἐλελίσφακον ſaluiam, ab ἄλθη medicina. inde ἀλθαίνω medeor, ἀλθήεις abſtractum, ſicut à μέλισσα uel μελισσεύς, μελισσήεις. Elelisphacen, Bechion, Tuſſilago, Phacos, Crosmis, Sphagnõ Coſalon, Beroe diuerſarũ gentium uaria uocabula eandem herbam ſignificantia, quam Romani ſaluiã uocãt, Dioſcorides li. 3. c. 35. De ſilphio in Alexipharmacis, Plinius laſerpitium uocari Romanis tradit.

Quòd ſi per modicum morſum, campen hortenſem, roſcidam, dorſo uiridẽ triueris, uel agreſtis maluę tenerũ florem contuderis, corpusq́; ea illeueris circũcirca tuũ, ſecurus nullo tibi inflicto uulnere dulci declinare lumina ſomno poteris. V.

Sunt qui campen animalculum, ſunt qui herbam eſſe putẽt. Melior eſſet ſententia, ſi βάμματι legeretur pro βρώμματι, ὀλίγῳ ἐν βάμματι .i. in modico liquamine uel aceto.

Contere item in rotundum mortarii pectus iniectos duos boni abrotoni ramos, quibus ſimul admiſcebis naſturtium æquali oboli pondere. VI.

ὀβολοῦ pro ὀβελοῦ, δωρικῶς uel αἰολικῶς, Interpres.

In, manum tuam replente, mortario recentẽ dauci fructum contunde, rotulasq́; inde conficiens, ſub opaco & uentis acceſſo loco exicca, arefactasq́; rurſum in lecytho tere, ſtatimq́; iis membra tua perunge. VII.

Daucum Romani eodem cum Græcis nomine appellant daucum Dioſcoride teſte lib. 3. ca. 77. ſuccurrit phalangiorum morſibus uino potum, inquit Dioſcorides, quo ſatis planum fit daucum ueneno aduerſari: ideo autem umbroſo & auræ expoſito loco trochiſcos illos uult ſiccari, referẽte ſcholiaſte, ne ipſarũ humiditas à ſole conſumatur aut exareſcat.

Quòd ſi in triuiis mixta reptilia iam recens generantia ſeſe, & rem ſecum habentia, in ollam mittas, repones aduerſum pernicioſas noxas remedium. VIII.

Κνώδαλα

κνώδαλα, marinas beluas significare in Homerꝫ, Pindarꝫ, & Nicādrum scholia tradunt, παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κινεῖσθαι, hoc est ab eo q̄ sese in mari cōmoueāt. Catachresticῶs tn̄ pro terrestribus etiā aīantibus reptilibus, & id genus ali is accipit. Hęmorrhoeas em̄ cerastas, trichophthoras & choeros intelligit. Θορνῦσθαι est ὠχεύειν, συνουσιάζειν, coire, Venereas res peragere. Hesychius, ἐνθορα, hoc est, ipso generandi opere existentia.

Iniicies autē in ollam illā cerebri seu medullæ cerui recēs cæsi, drachmas triginta, cotylas quatuor rosacei: cuius primam, mediam & tertiam expressionem, unguentarii præcipuas & solas numerant. Olei splendentis crudi, totidem cotylas infunde, & cotylā ceræ unam: atq; hæc in rotundo uase celeriter calefacito, donec liquefactæ draconis squamę mollescāt: postea arte paratā molam recipies, hæcq; omnia unà mixta turbabis, teresq; cum serpentibus. Longe autē acanthas separa, quandoquidē maleficum illis uenenum adhęreat. Omnia porro mēbra ex hoc unguēto inunge, tumq; uel in quamuis uiam, uel grabatum etiā tetuto conferes, uel cum arentis æstatis tēpore ad areæ opera cinctus tridētibus profundum manipulorum aceruū disquisiueris.

Vel, pistillum fabrefactum.

Quatuor cotylas Interpres esse ostendit, quam Nicander tertiam rosacei partem esse dicit, partem em̄ esse χοῦ, quæ liquidorum mensura est duodecim cotylas continens: tertia ergo pars duodenarij, quaternarius est. Tertia igitur pars χοῦ, sunt quatuor cotylæ. Crudū oleum, omphacinū putat, quod ex immaturis uuis, quæ ὄμφακες dicuntur, fit. Quartā partē ceræ Interpres unam cotylam esse docet, quartam partē ad 4. cotylas referens, quarum quarta pars est cotyla una. Quod si ad χοῦν referretur, essent cotylæ tres. Ἀάκτις, quod pro mola uertimus, apud Atticos inquit Interpres, ἀλετρίβανον dicitur, hic uero κίνησιν καὶ τορύνην intelligit. Acantha spirā serpentis significat, hic pro serpente accipit. Ἀπάρθον, id est, ἀπὸ χώρισον. Θρῖναξ, rusticum instrumētum est, tribus eminentijs & politis palis, quo etiam aristas terunt, tridentem uertimus.

χοῦ quid?

Oleum omphacinum.

Ἀάκτις.

Sin

Sin corpore non delibuto aſpidibus occurras ieiunus adhuc, quãdo iam mortales malum illud turbat, protinus ad noſtra te mandata atq; antidota uertas, ut ita cum morſum tum mortem effugias.

Porrò ex uiperis fœmina in obuios ut iracundior, ſic morſu uehemẽtior, corporeq́; caudęq́; tractu pinguior, unde & mortis celerior ex hac ſors iis quos petierit, eueniet.

Δᾶγμα pro Δῆγμα Dorice Nicander dicere ſolet.

Quo tempore noxius ſerpentũ morſus obſeruandus.

Noxius aũt morſus pleiadibus orientibus tibi eſt obſeruandus, quæ tauri caudam attingentes, modice feruntur leuentq́;. Vel quum cũ catulis ſuis æſtiuantibus, nihil dũ paſta, ſub cauernæ ſuæ latibulo furtim & per inſidias dipſas dormierit. Vel quando paſcui cupiditate ducitur, uel ad nidum, ad lectum ſuũ ſaturata pabulo redierit. Ne tum iam in triuiis illi occurras, quando morſum fugiens ignitæ echidnæ, furit echis. Quando coeunte cũ fœmina echide, pernicioſo & furibundo dente impetuoſa mordicus inhęrens, caput ſui coniugis abſcidit. At ubi uitæ primordia habuerint echiees, partuſq́; appetiuerit tempus, parẽtis ſui interitum ulciſcuntur, quoniam & illi mollicula matris ſuæ aluo corroſa, uel orbi matre ſua naſcuntur.

Egregiã hic de uiperarꝫ coitu, interitu & partu hiſtoriã adducit, cui nihil ineſt obſcuritatis. Hoc ſaltẽ ſtudioſo lectori aĩaduertendũ, ꝙ naturę rerũ diligentiſſimus obſeruator Nicãder, triplex hic uiperarꝫ diſcrimẽ fecerit, necnõ pulchre marẽ à fœmina, prolẽ à parẽtibus certis uocibus ſecreuerit: maſculũ echin, fœminã echidnan, ſobolẽ (ut ita dicã) echieas, quaſi

Quid echis, echidna, echiees.

 filios

fillos echidis appellat.

Viperæ aial, reliqui serpentes oua pariũt.

Sola enim uipera cõceptu grauatur, quum reliqui passim serpentes oua in syluis pariẽtes squameam suam geniturarn fouent.

Serpentis uernatio.

Neq; tum serpenti obuium te prębeas, quando deposita horribili squamarũ senectute, denuo noua exultans pubertate incesserit.

Ceruorũ & serpentiũ iræ historia.

Neq; tum in ullum incidas, quum ceruorũ motus celeriter fugiens, uitam interimẽs, uenenum suum in hominem irritatus excusserit.

Supra modum enim prolixas spiras ducentibus serpentibus, indignantes hinuleorum parentes, & capreę inuestigant omnia aspera loca, sepes & septa scrutantes, horrendo narium suarum anhelitu & flatu accelerantes, latibulisq; appropinquantes.

Vbi serpẽtes Othrys Thessaliæ mons & sepes & alia uenenata alit.

Præterea niualis & asper admodum mons Othrys rubentes bestias profert, cauaq; uallis, & salebrosæ rupes, nemorosumq; promontorium, ubi sitibundus ingreditur seps, colore nunquam uno uisus, nunquam non enim illi sese æquiparat loco, in quo latibula sua posuerit.

κινώπεσσι cõiter quæuis reptilia arguit, hic uero solas serpẽtes. τρηχμῶνες aspera loca sunt & saxosa. ἱρίοντες pro ζηλοῦντες. Seps sitibundus dicitur, uel quòd sitientes reddat quos pupugerit, seu quòd non aquosa, sed montana potius loca deamet: hinc Interpres, Nomen habet seps παρὰ τὸ σήπεσθαι, id est, putrescere, ꝙ putredinẽ morsu suo inferat.

Serpentum diuersitas & diuisio.

Ex iis pauciores saxosa loca, uel lapidum aceruos, in Mercurii honorem erectos incolentes, asperum &

ignitum

ignitum morſum infligũt: Horũ aculei haud nequicquã cuiquã infiguntur, ſed plane ſunt & toxici et malefici: Alii cochleis terreſtribus corpore ſuo ſimiles, alii uiridans ſquama oblongũ uariegatũq; circulũ ducit: pleriq; arenis mixti ſpira albeſcũt ſabulo uolutati.

λεπτύνοντ, albeſcunt uel aſperæ fiunt: hinc & in corporibus præter naturam albor, λέπρα dicitur.

Perpende iamnunc aridis ſquamis horrentem rubentẽq; aſpidẽ, omniũ aliorũ uenenatorũ peſtilentiſſimũ: Cui quidẽ formidabile corpus eſt, inq; uia tardum ex tractu corpus geſtat. Nam illi iter rectà è cõtrario fit, per longã ſemitã prolixa uẽtris deductione prolõgationeq;, ſomnolẽtis ſemper oculis uidetur aſſiduo nuere: at ſimulac uel recentẽ ſtrepitũ auribus, uel uocẽ quandã obſeruarit, ſegnẽ à corpore ſomnũ mittit: tractu rotundũ orbẽ humi, tereteſq; ſpiras ſinuauit: terribiliter in mediũ horridum caput erigit: cuius proceritas (quã pernicioſiſſimã ipſa terra educauit) orgyia mẽſurabilis eſt: uerũ latitudo eius, iaculo, quod in longum mittitur, quodq; haſtas radens poliensq; faber ad taurorũ & leonum mugitum perfecit.

Venenatorum formas, ictus, ictũq; cõſequẽtia iam tandẽ enumerare incipit, ab aſpide principio ducto.

Aſpidis figura, lõgitudo, latitudo.

Interpres uerſum hunc εἰς ἐνωπὴν ταυρῶν τε βαρυφθόγγων τε λεόντων, à quibuſdam, ceu minime genuinum, reprobari monet.

Color illi aliàs ſqualido albicãti'ue accurrit tergo, aliàs uiridis & maculoſus, aliàs cinereꝰ: ſępenũero etiã ardẽs uel ignita, idq; ſub nigra gleba Aethiopũ, q̃les ſępe ſordes Nilꝰ ſeſe replẽs adduxit, & in mare uſq; ꝑpulit.

Color aſpidis.

Duæ caruncu læ. Geminæ præterea instar calli carũculę iuxta superci
Oculi rubentes. lia fronte præeminent, oculis aũt ualdé rubet, squali
Ceruix. da item ceruix intumescit, sibilante spirante ue pluri
mum bestia, quãdo obuiis uiatoribus mortem incus
Quatuor dentes. serit uehementer exasperata. Quatuor huic intus in
maxillis uirulẽti & prolixi dẽtes radices suas fixerũt,
quos interior tunica quædã sub lingua pelliculis qui
busdam cõtegit. Inde immite corporibus eiaculauit
ἐναλλαγὴ numeri. uirus, sicubi illa mõstra hostium suorum capitibus
accesserint. Neq; aliquis aspidis morsus in carne tra
iecti apparet, neq; difficilis curatu tumor adurit, cęte
rũ ab ea petitus, citra defatigationem ac laborem in
terit, quãdoquidem somniculosa grauedo uitæ ei fi-
nem adducat.

ποιφύσσειν multifariam dicitur, Sophroni in Mimis timere significat, παιδικὰ ποιφύξεις: Euphorioni spirare, ζεφυροῦ μέγα πεφύξαντος. Vsus est aũt hic q̃ q; metaplasmo, ποιφύσαντος ἀσπίδος, ut supra dixit, φολόεντος ἐχίδνης. Masculinum epitheton, substantiuo fœminino iunctũ. Δολιχήρεις, ad longitudinẽ firmati seu extenti: compositũ epitheton à δόλιχον & ἐρείδομαι. Νῶκαρ, est grauedo quædã, uel sors, uel fatum mentis: cõposita uox παρὰ τὸν νοῦν καὶ κάρον, quasi mentis fatũ & grauamen, & ueluti soporatio: nã per νῶκαρ scholiastes somnum intelligi monet: κάρος autem Hesychio autore, & corruptionem, & mortis sortem arguit, à Caribus deducto uocabulo, qui primũ mercenarij fuere. Νῶκαρ ergo somnus est, uel ad somnũ inclinatio, uel mẽtis grauamen.

II. Proinde solus ichneumon, citra noxam aspidis fu
De ichneumonis cum aspide pugna. rorem, & quum pugnam cum ea init, declinat, & cum
tristia serpentis oua, quæ ipsa in perniciem multorũ
fouet, in terra planè omnia discerpsit, & è pelliculis su
Συνεῤῥαθάγησεν. is lacerans deuoransq; excussit, noxiisq; suis confre

git dentibus.

συῤῥαθαγεῖν, cõfringere est cum magno impetu: ῥάθαγος fragorẽ & strepitum significat, qui fit à fluctibus ad scopulum rupem ue fractis.

Est autem ichneumonis forma, qualis est iracundæ ictidis, quæ auibus domesticis perniciem meditatur, è somni rhetibus eas corripiens, illic enim nidũ supra tabulatum aliquod collocant, paruamq; sobolem educant, sub alis fouentes. *Ichneumonem ictidi statura & forma comparat. Ictidis natura*

τιθαιβώσσειν Homero 5. Odyssee, est reponere & colligere, thesauri instar, alimoniam, ut apes faciunt, fauum conficere, mellificare. Nicandro hic educare significat μεταφορικῶς.

At quum iuxta Aegypti florentes thryorum ramos cum ardentibus aspidibus admirandũ bellũ gesserit, continuo ille in fluuiũ desilit, corporeq; suo cœnosum fundum petit, ac statim membra sua defœdauit, luto paruum corpus suũ uolutatus, usq; dũ Sirius uillum arefaciat, apparetq; inflexilem dentem. Tum enim uel caput linguam lãbendo prætendentis, horribilis colubri rosit insiliens, uel etiam apprehensa cauda intra ulgosum flumen traxit. *Θρυόεντας ὀρόμνους. Sol. Βρυόεντα.*

Θρύον herbæ species, iuncum quidam esse uolunt. Homerus τ θρύου meminit Odysseæ φ. Βρύον autem herba est, cuius folium simile est porro, Interpres. Dioscorides lib. 1. cap. περὶ βρύου, cedrinis, populeis & quernis arboribus reperiri ait, Latini muscũ. Βρυόεις ergo ποταμὸς, muscosum flumen erit uel ulgosum. Nascitur eñ in fluminib⁹, musci instar quiddã herbidũ, cymbarum iter sæpe impediens.

Belle hic uidere queas uiperinam, quæ acute uideat formam, quomodo aliàs in longum, aliàs in paruũ gyrum sese colligat. Neq; pares in Europa & Asia serpentes reperies. Nam per Europã minores agnosces, *III. Ab ichneumone ad uiperam transit.*

Diuersarũ orbis terræ partium diuersi serpentes.

tum qui supra guttur longe sint & cornuti & candentes. Alii quidẽ ad Scironis mõtes, altaq́; Pammonia, Riphæum, Coruiq́; pagum, & canum uersantur Aselenũ. Quin & Asia trium cubitorũ longitudine & ultra serpẽtes pascit: quod genus inueniũtur apud asperum Bucarterũ, quales altus etiã Aegagees, atq; sublimis Cercaphus intra sese continet. Quorũ capita satis in latũ creuerunt, atq; circa summũ tractũ spiræ corporis, mutilam caudam uipera fœmina aduoluit, duris squamis adsiduo horrentẽ, segni tractu hinc & hinc per dumeta reptans. Sed quemuis uiperarũ marẽ acuminato capite est cernere, quandoq; longitudine maiorẽ, quandoq; minorẽ, uentris aũt sui latitudine incelebrior est, cui manca cauda in tractu extensa est. Aeque quidem modica cauda sub finibus, prolixi semper tractus, æque itẽ ex squamis trita. Atqui uultu & oculis rubet irritatus. Celeriter uero duplici lingua lambens, postremum oblique caudam mouet.

Echidnæ, uiperæ & echidos descriptio, figura, et plagæ

Sciron mons inter Megara & Corinthũ situs, inde Scironia petra. Pãmonia montes sunt Megaricæ, ut ipse Nicander in 3. Thebaicorũ. Riphęũ Aetoliæ mõs. Aselenũ mons Locricus: atq; hæc oĩa sunt Europæ montiũ noĩa. Rursum Bucarterõ, Aegagees & Cercaphus, mõtiũ Asię sunt noĩa.

Plagæ uiperarum. *Duo masculorum dentes.* *vulneris uiperini proprietas.*

Hinc luctũ à uipera manantẽ uiatores diuulgant: duos enim instar nerui acutos masculi dentes in ore suo uirus eructantes, ostentant: uipera uero fœĩa semper plures exerit, pernicioso suo ore insultans. Atqui in carne icti facile latos dẽtes perpẽdas. Porrò è uiperæ inflicta plaga sanies aliàs pinguedini similis, aliàs

cruenta, interdũ ſine ullo colore cõſpicitur: Sed quæ hulcus ipſum caro circũdat germinãs, graui offert ſe ſe tumore: interdũ rubẽs, tumq́; palã liuida cernitur: quãdoq; etiã aquoſum onus cõcipit: frequẽtes prętere ea bullæ, ceu uacui per ignẽ tumores, perinde ac corpus igni ſit ambuſtũ, in cute ſupnẽ ebulliũt: illic ſubinde putredines circũcirca accurrũt, aliæ quidẽ ſeorſim à uulnere, aliæ circa plagam ueneno non diſſimilem mortem edentes.

πλαδόωσι intumeſcant. Corpus eñ πλάδαρον dr̃, ꝙ ſi digitũ ei imprimas, cedat, nec ſtatim non reſiliat, concauitatẽq́ impreſſam repleat. Obſeruãdũ etiã verſum κωκυὸν δ' ἐχιναῖον ἐπικλείουσιν ὁδῖται, tãq̃ ſuppoſititiũ rejci. Scho. πλάδαρον σῶμα.

Aſpera itaq; noxa uehemẽterq́; igneſcẽs totũ corpus exedit: hic per guttur atq; collũ coeũtes ſonit⁹, agminatim ſtrepunt: quinetiã oculorũ uertigine mœret. κίων.

κίων columnã ſonat, metaphorice hic collum intelligit, ꝙ caput inſtar columnæ baiulat: uel uuulam ſecundum quoſdam.

Ilicóq; mẽbris grauãs imbecillitas & lũbis anxietas uenit, at in capite caliginoſum onus conſiſtit. Atqui laborans ille aliàs ſiti, aridũ guttur ſuũ exiccat, ſępeq́; ex unguibus eũ frigus tenet. Hyberna aũt niue exuberans grando, omnia mẽbra degrauat. Crebro etiam bilioſos uentris ſui tumores expuit, toto corpore pallens, ac humens circa mẽbra ſudor niuis iactu frigidior circũfunditur. Colorẽ interdũ liuidi plũbi gerit, aliàs obſcurum, mox floribus ſimilis eſt æris. ἄνθεσι χαλκοῦ.

Admonet interpres Eumeniũ citans, eſſe χαλκάνθην quã nũc dicãt καλκάνθην: florẽ modicũ & rotundũ, ſimilẽ ſemini napyis uel buniadis, de quo apud Dioſc. li. 2. c. 102. cuius hic fortãſſe Nicander meminit, dũ ἄνθεσι χαλκοῦ inqt. Cæterũ de æris flore poſthac in Alexipharmacis plura ex Dioſ. & Plinio. Hæc de uipera eiusq́ plaga, & plagam conſequentibus malis.

IIII. Cerastes.

Posthac & fraudulentum insequentem nunc cerasten agnoscere potes, perinde ac uiperã. Nam illi corpore plane non dispar est, interdum quatuor, interdũ uero duobus cornibus cõspicuus. Ac ille quidẽ mutilus, hic uero cornibus fretus est, squalido colore albescens, arenis & orbitis iuxta tramitẽ assiduo dormit.

Cerastæ cum uipera collatio

Dolosum appellat cerasten, quòd orbitis, plaustrorumq́; itinere sese occultans, incidentem in se fortè, occidit. Scholiast.

Cerastæ longitudinem naui prolixæ comparat.

Ex iis, alter quidem echis, spiris uelociter in obuiũ properat recta planè semita, prolixa uentris sui attractione. Cæterum cerastes latius medio corporis tractu aduolutatur, per curuũ iter aspero sonantiq́; dorso errans, longæ naui, cuius longus sit tractus, longa forma similis, quæ salo totũ latus tingens, sinistre cõstituto flatu, uiolenter uento submittitur, extra rectam uiam Africi flamine adacta.

Trãpis quid?

τρόμπις ὁλκαίης ἀκάτῳ ἴσος. Insigni comparatione cerastæ tractum & incessum effert. Vt nauis inquit, quæ tempestate procellaq́; acta, extra præfixum sibi tractũ aliò, oblique fertur: sic cerastes oblique per latera sua ingreditur. τρόπις aũt proprie barbaricũ nauigiũ est: hic abusiue simplciter nauim appellauit, fortasse triremem, quod indicauit per adiectum epitheton ὁλκαίης, i. longæ. Qua significatione Licophron etiam trampin usurpauit inquiens:

τρόμπις δ' ὀχήσει καὶ Φερέκλειοι πόδες. Id est:

Nauis uehet me tũ Phereclij pedes: per Phereclum enĩ Alexandro naues paratæ sunt.

Ex hoc quando propter tetricam puncturam quisquã fremuerit, clauo simile callosum tuber fit, liuidi uero tumores instar bullarum imbris, circa morsum proserpunt, obscuri aspectu, minusq́; sensibilem infligunt dolorẽ. Nouem tandem dies laborãs, radios so-

Nouẽ dies superuiuũt à cerastæ icti.

lis intue

lis intuetur, cui perniciosum atq; maleficū dentem suū cerastes incusserit. Duplici aūt in inguine, & ambobus poplitibus incessanter adeo dolor alitur, pallidusq́; color imprimitur. Laborātibus itaq; parū animi, modicum uigoris ex ea plaga relinquitur, rarenterq́; siue fatum siue mortem effugerunt.

Scholia, Legitur etiam, multi effugerunt fatum.i.superuixere.

Signum porrò serpentis hemorrhoi protinus indicabo. Nam petrosas ille rimas adsiduo incolit, asperum, supinum, & modice pendentem lectum sumens illic, ubi tractū suū habeat, deinde pabulo satur fiat. Longitudo eius pedis uestigio æqualis: cæterū quod ad latitudinem attinet, à capite adusq; caudā & plantam pedis, totus & subtilis & minutus est. Aliàs colore igneo, aliàs rursum candens: Collo satis cōstricto est, gracilis cauda necessario in arctum contracta, extenta est anguste & tenuiter. Supra eius frigidos & niuales oculos, duo cornua frōti sunt infusa: albore luminū suorū, locustis uel syluestrib' apibus par. Insup horribile & asperum ei caput horret, oblique modico corpore suo instar cerastæ, claudicans. Ex medio etiā dorso paruū nauigiū semper appellit, ad terrā uentrē suū atterens: squamis uero & itinere parū substrepit, perinde ac arundinis copiam trāseat. Post ictum statim decolor species accurrit, nigra nimirum, corq́; ipsum non bono dolore circū angitur. Venter aqua

Hemorrhoos.

Longitudo. Latitudo.

Color.

ψολόεις tria significat, nigrū cinereū, lucidū

Duo cornua.

Metaphora, p nauigiū corpus intelligit.

Ictū consequētia.

refertus effluit.

Id eſt, qui ictus eſt ab hæmorrhoo, aquæ plurimum bibit.

Ideo & hæmorrhoi dicuntur, quòd ab ijs icti ſanguine fluãt

Quin & prima nocte ſanguis cum ex naribus, tum collo & auribus ſalit, recẽs bilioſo ueneno coinquinatus: lotiũ itẽ rubens accurrit. Quæq; in corpore ſunt uulnera & plagæ hęmorrhoi rũpuntur aperiũturq;: cutes enim fuligine contrahũtur. Caueas itaq; in primis, ne in te fœmina hęmorrhois uirusſuũ iaculetur: nã ſi cui morſum illa inflixerit, ei gingiuæ ſimul igneſcunt, penitusq́; ex unguibus ſanguis cũ impetu procurrit. Dentes etiam ex ea cæde graueolentes, ſeu humentes molunt. Animoſa Helena (ſi uera narrant) Troia reuertens ualde indignata eſt hemorrhoidum generi, quando claſſem ſuam, multis undis uerſatilẽ iuxta Nilum ſtatuerent, læuum boreæ impulſum fugientes, quando refocillãtem ſeſe gubernatorem Canobũ Thonius in arenis conſpexiſſet, percuſſit enim eum iam ante ab ipſo trita, nec non graue uenenum hæmorrhois fœmina incuſſit: inauſpicatum adeo ei lectum & quietem attulit.

αἱμοῤῥοῖς. vi.

Amplificat hiſtoria poëtica.

Thonius. i. Aegyptia hæmorrhois.

Epiphonema.

Εἰγ' ἔτυμον. Amplificat per digreſſionẽ fabula poëtica. Reuerſus à Troia Menelaus cũ Helena, errauit, in Aegyptũ uſq; perueniẽs: gubernator ergo nauis eius, egreſſus ut in littore dormiret, inuitus in hęmorrhoida incidit, quæ cũ ab ipſo collo ſuo cõpreſſa eſſet, ac nonnullo dolore affecta, prorepens, momordit eum: uidens ergo Helena nauclerũ uita defunctũ ob hæmorrhoidis ictũ, excandeſcens ei, ſpinã ipſius fregit, uertebrasq́; dorſi eiecit: atq; ex illo tẽpore hæmorrhoi & obliqui & incurui greſſum, ceraſtæ cõfractũ dorſum gerunt. Θώνιος ἐν ψαμάθοισι. Thonius rex Aegypti fuit, à quo hæmorrhoida, Thoniam appellat, eò q; in Aegypto eſſet, illicq́; ea res contingeret.

Qui fiat quòd hæmorrhoides et ceraſtæ dorſum ſuum obliquent.

Θώνιος.

Nanq;

Nanq; horum medium Helena dorſum infregit, cõcuſſitq; ſpinæ dorſi undiq; nexus. Proinde ipſa ſpina ex corpore illorum effugit: ſiquidem ab eo tempore cum hæmorrhoi, tum oblique gradientes cęraſtæ ſoli claudicant, defectione quadã uirium ſuarũ ab Helena ſibi iniecta, grauati.

Iam nõ ægre ſepedonis & corpus & formam agnoſcas: Sed enim diuerſa ueſtigium ſuũ ratione mouet: quin & cornuũ corpore ſuo expers eſt, iiſq; uacat. Color aũt hirſuti tapetis teſtæ & ſuperficiei accedit. *Sepedon. VII.*

Fiunt autem tapetes ferè coccinei: uult ergo indicare, coccinei & purpurei coloris ſepedonem eſſe.

Capite grauis, minor cauda ſi properet apparet, quam oblique tamen ſui parte extendit.

Id eſt, cauda eius ſic in obliquum extenditur, ut totũ corpus contegat, ut quanq̃ breuis appareat, longa tamen ſit.

Quod ab hac infligitur hulcus, & noxium & dolorificum eſt: Nam dirum & homines interimens eius uirus, totũ corpus depaſcitur: arido porrò corpore exiccatur capillus, inſtarq; florũ frigefactæ albæ ſeu regiæ ſpinæ, ſpargitur. *Ictus ſepedonis.*

κύρσα, dicitur germinatio, & flos ipſe κινάρων. i. albæ ſpinę uel regiæ, ut eã Romani uocant, teſte Dioſcor. li. 3. ca. 13. Eſt ergo ſenſus: Eorũ qui icti ſunt à ſepedone, capilli toto corpore defluunt, excidunt, perinde ac albæ ſpinę flores arefacti decidunt auolantq;. Vſus eſt rurſus metaplaſmo, ut ſæpe ſolet autor, καταψυχθέντος ἀκάνθης, maſculinũ epitheton fœminino ὑπαρκτικῷ iungens: Nã ex capite & ſupercilio homini percuſſo crines defluunt, & è palpebris iuxtà nigra coma. *κύρσα.*

Teretes præterea compages, albores notãt, albæq; maculæ ad candentem currunt ephelin.

Albores,& albæ maculæ & ephelis, quas Nicander ἄλφους, λευκὰς & ἐφηλιν nominat,morborum ſunt genera:Ephelis em̄ eſt macula,quę in corpore ſit:ſimiliter leucæ & alphi. Vel ut quidã, λευκαὶ & ἄλφοι ſunt mali & ægritudinis præparamenta,ut ita ipſum malũ ſit ephelis,adeóq; alteratio apparitionis formæ'ue,q̃d ipſum & Nicander hic intelligere uidetur.

VIII. Dipſadis for. uiperæ ſimilis, morſus nocentior. Vide Dioſcoridem. Dipſadis ictus

Porrò dipſadis forma minori uiperæ ſemper adſimilabitur: cæterum mortis celerior ſors aderit iis quibus tetricũ ſuũ incuſſerit morſum,cuius modica cauda ſemper ſub opaca è ſumma parte nigricans apparet. Cor humanum ex huius morſu prorſum accenditur,ac arentia præ nimia ſiti labia ſiccantur, ipſe uero ad inſtar tauri, ſuper fluuium hiando procũbens, tam immenſo potu ſeſe replet, uſq; dum uterus umbilico fracto,grauius onus effuderit.

Amplificat fabula de dipſadis exuuio, & ſitis origine, qua à dipſade icti laborant.

Circũfertur inter adoleſcentes ſanguine feruidos Ogygia fabula, Quòd,quum cœlũ occupaſſet Saturni maximus natu filius,fratribus ſuis ſeorſum inclytis principatibus diſtributis,iuuẽtutem ipſam mortalibus dono dederit,ut ea glorioſiores redderentur: iam enim inſipientes homines ignis deprædatorem Promethea ſuggillabant. Quòd ipſos nõ ſemper ętate florẽtes feciſſet. At nihil profuit eis tanta ſibi a diis munera contigiſſe,quandoquidem defeſſi dona ea ſegni aſino cõmittebant:qui primum ex magna quidẽ agitatione collo ſuo ſiti accenſus fortis erat: conſpecta uero è latibulis ſuis caudam trahente ſerpente beſtia pernicioſa,ſupplicabat ei,quò ſibi licerer ab ea tuto eſſe,quo poterat ſtudio adulãs: Serpens ſe mitem

futurum

futurum respondet, si onus quod tergo suo ferat, insipiens illi tradat, quod iste necessitate adactus renuere nõ potuit. Hinc senilem pellem longum tractum ædentes serpentes abiiciunt, miseros mortales perpetuò malo senio undiq; comitante. Ac iuxta acerbam ægritudinem rudientis noxia ista bestia accepit, obscurioribusq; & peioribus plagis lædit.

Hoc est, serpẽs siti perinde ac census est atq; asinus.

Poëtice antiqua fabula sitis originem, quã dipsades & patiũtur, & percussis ingerunt, probat & dilatat. Ogygiã appellat fabulã .i. priscã & ueterem ab Ogyge quodã, quæ talis est: Prometheo, quòd ignẽ superis abstulisset, impertiissetq; mortalibus, non bonam retulere gratiã mortales: quãobrem quòd furto illo cõmouerentur homines & indignarẽtur Prometheo, Iupiter iuuentutẽ illis dono dedit: qui acceptũ munus asino ferendũ (quẽ λίπαργον appellat Nicander, παρὰ τὸ λευκὸν λαγόνα τοῦτον ἔχειν) concredidêre. Verũ cum is longo itinere defessus sitiret, inq; fonte quẽ gustaturus erat, serpentẽ deprehenderet, non potuit innoxius bibere, nisi senectutis amoliẽdę remedium quod gestabat, daret. Asinus necessitate persuasus, tradidit. Serpens ergo ubi τὸ σῦφαρ suũ reiecerit, iuuenescit: mortales senio tandẽ cõcidunt: simul aũt & sitim, qua tũ macerabatur asinus, serpẽs suscepit, qua & eos afficit, imò tantũ non conficit, quos percusserit dipsas, id quod serpentis huius nomen indicat: δίψα enim sitis est.

λίπαργος ὄνος, asinus cui albus est uenter.

σῦφαρ, uernatione uel serpẽtis exuuias signat.

IX.

Chersydri forma & ictus et ictũ consequentia.

Age itaq; chersydri, qui aspidi conformis est, figuram æqualem recita. Sed plagam eius malefica, nec optima sanè signa sequuntur: Tota pellis circum carnem arida & abhominabilis expassa ab internis partibus, humentem ictum satis certò indicat, putredine fathiscẽs. Quinetiam dolores immẽsi ignescẽtes, hominem tandẽ interimunt, mox etiam per mẽbra pustulæ finguntur, aliæ ex alia parte inuicẽ turbantes ægrum. Atqui chersydrus iam antea in uuido seu parũ aquæ habẽti lacu, irrecõciliabilẽ ranis iram adfert.

Enimuero ubi ſole aqua exiccata fuerit, adeoq́; ariditas in fundo extiterit lacus, tum hic ſerpens in terra ſeſe cõtinet, & ſqualidus & deformis in ſole tetrum corpus ſuum refocillans: in ſemitis autem, lingua ſua afflando ſitibundos ſulcos exedit.

Vnde cherſydrus dicatur. Cherſydrus nomen habet παρὰ τὸν χέρσον καὶ τὸ ὕδωρ, quod & terra & in paludibus uerſetur: quæ ſi ſole exiccentur, in terram apricam prorepit. Perinde ac Nicãder ſatis dilucide commemorat. reliqua ſunt plana. Idem uidetur ſerpens, quem Dioſcorides hydrum, Romani natricem appellãt, id quod & ſcholia teſtantur.

x. Amphisbæna. Poſt hunc reperias amphiſbęnam modicã & paruulam, bicipitem, ſemper palpebris oculis'ue caliginoſam: utrinq; enim ſeorſum ab aliis opacas genas & mentũ prætendit. Color illi, qualis eſt terræ, denſam uariis notis diſtinctam cutem ferens. Hæc ubi adoleuerit, multũ ſeſe explicanti oleaſtro (quæ in ſylua cæditur) uirgam amputant pedo magnitudine parem, pelleq́; amphiſbænæ ſtringunt arefaciuntq́;, quãprimum interempta fuerit, ante uernæ cicadæ teretiſmata. Confert enim baculus talis pelli amphiſbenæ circumuolutus male ualentibus ex frigore, quum uidelicet in manibus iners torpedo, intenſa frigiditate domitis orbata fuerit: tum enim demiſſos neruorũ nexus calefacit extenditq́;.

Teretiſmata cãtus cicadæ. i. priusq̃ cicadæ cecinerit: ſunt qui legant pro τέττιγος κόκκυγος. i. pro cicada coccygẽ, ut ſcholia ſubindicant.

Amphiſbæna, ſerpens eſt & modicus & imbecillus, ex utraq; parte capitatus, cæcutiens ob maxillarum craſſitiem, coloris terrei, paruis diſtinctus uariegatusq́; punctis. Vbi in hunc anguem lignicidę inciderint, occidunt, ac tergora illi ſtringunt, quæ ſtatim bacillo circũuoluunt & arefaciunt: ferentur cñi haud parum ad labores ac torpedinẽ, iſti pelli, auxilij eſſe: manus enim frigore torpentes, talis baculi attritu calefieri. Pręterea aiunt

eum ſerpentem nulla alia re quàm uite occidi, ipſius Nicandri in Ophiaco, teſtimonio, ubi inquit: Quòd cum Bacchus per Iunonem ad inſaniam eſſet actus, indormiiſſe, ibiq; amphiſbænam eius cruribus adſiliiſſe, quã experrectus Bacchus uite neci dedit: unde ut olim ſic nunc uite illam ſemper interemptum iri. Scholia. Dicitur aũt amphiſbæna ab ancipiti ingreſſu, παρὰ τὸ ἀμφὶς καὶ βαίνω, quòd ut geminum caput, ſic geminum uel nutãtem inceſſum habeat: quanquam hic libenter cedam melius iudicantium ſententiæ.

Inuenies ſcytalen non diſſimilem amphiſbænæ figura, ſed pinguiorem, & cauda quæ nullius eſt pretii, craſſiorem: quandoquidem ſcytalæ tanta ſit latitudo, quanta eſt manubrii ligonis: longitudo uero eſt ei quæ lumbrico, uel quæ terræ uiſceribus, quod genus fœcunda parens terra alit. Nec quando latibula ſua deſeruerit, cauamq; rupem creſcẽte uere, quando ſerpẽtes terra producit, germinantis fœniculi pandũ abſumit ramum, quum ſub ſole membrorum ſuorũ pellem abiecerit. XI. Scytalæ forma.

Scytala aliàs Græcis ſcuticam ſignificat: à ſcuticæ ſimilitudine hic ſerpẽs nomen habet.

Sed ipſa montium radici paſcuiſq; inſidens deliteſcit, profundo ſepulta ſomno, eq; alta terra educatur, nec tametſi maximopere in hoc laboret, ſitim declinare poteſt.

Obſerua nunc modicum, ſed omnium aliorum anguium præſtantiſſimum regem: hic corpore ſuo acuminatum caput adpoſitum habet, flauus, longitudinem proceritatemq; ad treis palmas ferens. XII. Baſiliſci figura.

Ille

ὑψοῦ τρία δῶρα φέρων μῆκός τε καὶ ἰθύν.
Trium palmarum longitudinem ferens.
Δῶρον hic non munus, sed mensuram quatuor digitorũ, quam Græci aliâs σπιθάμην, aliâs παλάμην & παλαιστὴν appellant. Scho. & Hesychius.

Proinde illius iygen, magnas spiras colligẽtia animalcula terræ nunquam expectant, quando siue ad pascuum, siue nemus, uel ad irrigua sese partiantur, meridiano tẽpore, cum furore proructe: cæterum fugæ terga dantes, retrò feruntur.

Ictus basilisci signa.

Porro homini corpus a basilisco ictum incẽditur: carnes adeo a membris defluunt, cum liuidæ, tum nigræ: neq; aliqua, cadauera appetentium auium, à basilisco interemptũ accedit: quod genus sunt uultures & consimiles funestæ alites: coruus item futuræ pluuiæ dum crocitat prenuntius. Neq; quotquot in mõtibus passim ferarum genera aluntur, è tali sibi cadauere cibum petunt, usq; adeo teterrimus & planè illetabilis odor inde exhalat, neq; sine periculo accedẽtes penetrat. Sin uolucrum quædam aspera fame detẽta appropinquat, ueloce morte ac celere sibi paratum interitum refert.

Coruum pluuię tempestatisq; esse prænuntium, unde eum ὀμβρήρια Nicãder appellat. Aratus quoq; testatur & Euphorion, ut Scholiastes adducit: Aratus:

δήποτε καὶ γενεαὶ κοράκων καὶ φῦλα κολοιῶν
ὕδατος ἐρχομένοιο Διὸς πέρι, σῆμ' ἐγένοντο.

Euphorion:

ὑετόμαντις ὅτε κρώξει κορώνη.

Iyge sonus uel strepitus basilisci, uocabulum è sono fictũ, ὀνοματοποιητόν.

XIII. *Dryinas Chelydrus. Hydrus.*

Aures iamnunc etiam accõmoda dryinæ, quẽ alii chelydrũ uocant. Is in quernibus latebras parat, aut

alicubi

alicubi in concauis fagis, in montibus uersatur. Appellant eum alio nomine etiam hydrũ: sed & alii chelydrũ, qui relictis bryis, palude, suæq; naturæ idoneo lacu, uenatu intercipit in pratis molurides & ranas. *Relicta alga, uel musco.*

Qualis herba βρύον, suprà auditũ. Sed moluris aĩal est simile locustæ.

Hic si à myope, musca illa quæuis animantia prouocante, petatur, insuetum illũ impetum suscipiens, cũ cõcauæ quercus robur celeri saltu subit, structo sibi in imo cespite cubili. Candet tergo, caput illi æquale adeoq; hydro simile: grauis autem fœtor à corpore eius euaporat. Quemadmodũ quãdo incurua necnõ abrasa corii præsegmina sub teretibus ferramẽtis, circa humentes equorum exuuias & pelles hument. *Myops quid.* *Forma dryinæ.*

Myops quæuis animantia prouocãs, musca est: œstrum uolatile, solas boues instigat. Hesychius. *Myops. Oestrum.*

Quòd si dryinas quẽpiam uel in talum uel pedis plantam percusserit, à corpore eius hominis difficilis odor sparsus fertur, atq; circa ictum niger in acutum surgit tumor, mentemq; mœrentis angor & tristitia, quibus detinetur, obscurant: species nimio dolore cõflaccescit & perit: cutis cum corpore admodum male olet: adeo ipsum atrum uenenum semper depascens, cõsumit: quin & caligo lumina eius obfuscans occultansq;, male affectũ perdit. Alii à dryina icti, caprarũ instar seu ouiũ balant, ac omnino difficiles reddũtur, impendioq; crucientur: Vrina eis decutitur & pallescit. Ipsi uero dormitantes stertũt, frequentibus sin- *Ictũ dryinæ consequentia.*

gultibus correpti, aliàs per collum uomitum felli ſimilem, aliàs cruẽtum eructantes, ipſumq; malũ acrẽ ſitim generat: poſtremo laborantibus membris tremorem effundit.

Sitim generat.i. acri ſiti detenti homines à dryino icti, intermoriuntur tandem.

xiiii. Draco. Methronium.

Conſidera nunc uirentem poſt priores & nigrum draconẽ, quẽ olim in comoſa fago Aeſculapius enutriuit, in niuali Pelio monte, iuxta uallẽ Pelethroniũ. Sanè formoſus apparet: Nam in eius mento triplices dentiũ ordines ſerietim conſpiciuntur: obeſi itidem ſub ſuperciliis oculi, inferne aũt barba felle tincta ſub mento eſt. Neq; is tamen ęque atq; alii ſerpentes infixo morſu dolorẽ ſuſcitat, etiamſi pro uiribus id laboret: debilis enim ceu muris noctu ſibi obuia rodẽtis, punctura in corpore apparet, cruore cõſperſo tenui dẽte. In hũc ſupra modũ excandeſcens regia ales aquila, ex æthere aduolat: uerũ inuiſum bellũ gerit cũ genis ſuis, quamprimũ in ſylua paſcentẽ cõſpexerit draconẽ, quandoquidẽ totos nidos deſertos fecerit, ſpoliarit, diruetit, uaſtarit, æque cum auiũ fœturas, tũ mitia oua lancinans. Enimuero impetu quodã & auem & leuẽ leporẽ facile draco extraxit, ex recens deprehẽdentis unguibus, ex arbuſto fortè fortuna proſiliens, ſed is malũ declinat, ibi tum pro conuiuio acriter pugnatur, ſed hinc inde uolantẽ alitem, nequicquã inſe

κραντῆρες, dẽtes poſtremo ſurgentes, qui iã creſcẽte ætate nobis emergũt pueris: hic ſimpliciter pro dente uſurpauit, Cleanthus σωφρονιστῆρας appellat.

Aquilæ cũ dracone pugna.

quitur

quitur, in ſpiram contractus, & oblique oculis ſuis, & ſuſpecte uidens.

Draco ſanè ab Aeſculapio educatus eſt apud locũ quendã in Pelio mõte, quod Pelethroniũ appellat. Natura niger eſt, uẽtre ſubuiridis, pulchræ omnino formæ, triplici ordine dẽtes habẽs, frons & ſupercilia undiq; pinguia, quinetiã præ pinguedine palearia dependentia ſub mentum, barbę ſpeciẽ præbent: & reliqua quæ à Nicandro recẽſentur. Pelethroniũ locus in Pelio monte, floribus exuberans, unde & nomen inditũ habet à copia, quæ illic eſt flor. θρόνα enim flores dicuntur, παρὰ τὸ πίλω καὶ θρόνον.

Sin ad claudicantis Vulcani inſulę iuga perueniẽs Lemnũ uidelicet uel Samũ tẽpeſtate infenſam, quæ ambæ in ſinu Threicio ſitę ſunt, procul à Reſcynthide Iunone, ubi Hebrus Zonęiq; montes niuibus candentes, quercusq; Oeagridæ, ubi etiã Zerynthium antrum, reperies Cenchrinę prolixum, ingens adeo mõſtrum, quẽ leonẽ ſquamis uarie diſtinctũ nõiarunt. XV. Cenchrynes.

Cuius latitudo lõgitudoq; uaria eſt, protenus ille carni putredines immedicabiles adſperſit, quæ ueneno exedentes corpus abſumũt, ac ſemper ſub uentre hydrops uehementem dolorẽ excitans, per medium umbilicum reſidet.

Iunonẽ Reſcynthida uocat, à Reſcynthio Thraciæ monte, ubi templũ illi ſacrũ eſt. Per Samũ Samothracen intelligit. Eſt aũt Samothrace inſula iuxta Thraciã, urbẽ eiuſdẽ nominis habẽs, à Samijs & Thracibus ſic appellata, Dadania etiã olim dicta. Hebrus fluuius. Zona, ciuitas Thracię, apud quã ſunt quercus Orphei, ſub quibus Zerynthiũ antrũ. Oeagriden autem Orphea dicit, quandoquidẽ Oeagrius fuit eius pater. Hinc & Latini poetæ Oeagrium Orphea appellant. Leonẽ Cenchrinen appellant, ſiue q̃ uarie tinctas & maculoſas ſquamas habeat, ſiue q̃ inſtar leonis generoſus ſit: uel q̃ erectam caudam geſtet, qua ſeſe ad pugnã excitet, ſeu q̃ mordeat & humanũ ſanguinem leonum more ſorbeat.

Atqui quum ſolis radii omnium longe ferũtiſſi-

mi fuerint,horridos montes inquirendo accedit sanguinis auidus,insidias tendēs mitibus pecudibus,uel Sai uel Mosychli montium iugis, quando iuxta proceras abietes,in agro stabulantes pastores frigora captant,excubiis & officio suo relictis.

Saos & Mosychlus montes sunt Lemni & Sami, tota enim Thracensis Samos,Saos etiam dicta est:unde per hos duos montes utranq; insulā accipit,Samū & Lemnū,Ita Nican. Interpres,probans hæc Antimachi & Eratosthenis locis.

Caue hic,quantumuis audens fortisq; uideare, ut contra furētem cenchrinē uel exeas uel pugnes, ne te inflammet,ac undiq; cauda sua corpus tuum cædens te affligat,sanguinemq; tuum imbibat,sorbeat,clausuris utrinq; diruptis.

Claustra,uel ad percussum,uel ad draconē ferientem referūtur,ceu frena & retinacula habeat,quibus os eius cohibeatur, quæ eū sanguinē sorbere uolentem resoluere oporteat.

Draco aspera spinæ loca fugit.

Semper autem fugito, non rectam, sed obliquam semitam obseruans, ut ita per obliqua tu fugiens, infringas bestię cursum. Siquidē ille nexib' belle curuatis, multumq; intricatis acanthi læditur,quum rectam semitā celerrimo cursu transeat. Talis itaq; serpens tantusq; Threiciis insulis appropinquat.

XVI. Ascalabus. Ceres mœret ob amissam filiam.

Illic & uani etiam inuisi morsus,sunt ascalabi. Fama est,quòd mœrēs Ceres huic damnū dederit,quando compages pueri læsit iuxta puteum Callichorū, quum Celei therapnis locis illis ad hospitalitatē cōuenientibus inclyta & prudēs Metanira deam hospitio excepit.

Ascalabus

Aſcalabus feles eſt, quẽ & Attici ἀσκαλαβώτην nominãt. Videtur lacerta eſſe. Amplificat aũt aſcalabi hiſtoriam, tali fabula, ποιητικῶς: Ceres in ſui curam receptũ Celeum, filij loco educauit, quem immortalem reddere uolens, crebro in ignem proiecit, idq́ʒ tãdiu fecit, donec à quodam ſublatus eſſet. Hinc nõ immortalem ipſum conſtituit, ſed frugum ſationem illi demõſtrauit. Porrò cõtigit, ut quadam uice Metanira Cererem hoſpitio domi ſuæ exciperet, ubi cũ filius Abas, præſentẽ ad uictimã Cereri deſtinatã præſens eſſet, ægre tulit filius Cererẽ à matre intromiſſam, iamq́ʒ ſtãs ad aram, irriſit ſacrũ illud, ac quiddam impij in deã deprompſit: quãobrem indignata Ceres, ſuper eũ, quod in cratere remanſerat libaminis, effudit, eoq́ʒ modo in aſcalaboten mutauit.

Quin & alii cinopeta tamẽ reptilia paſcua carpũt, XVII. XVIII.
atq; latitãt in ſyluis, nemoribus, luciſo pacisq́; luſtris,
quos elopes, Libyas coronatosq́; myagros dicunt, & XIX. XX. XXI.
quotquot iaculis ſunt muniti, atq; moluri, tum & ocu XXII.
lis orbi, non lædentes tamen, feruntur.

Epilogus eſt & peroratio deſcriptionis uenenatorũ. Elopes ſerpẽtes ab imbecillitate dicti, παρὰ τὸ ἐλλείπειν, hoc eſt à deficiẽdo. Libyes, in arena uerſantes, quaſi arenoſæ, in Libya enim taliũ eſt copia. πολυστεφίας μυάγρους .i. multis coronis & lineis inſignes muriũ uenatores, qui & rophiæ dicũtur. Acontiæ, qui ſpiculis, qbus muniti, currunt. Et alia ſunt animalia ἀκοντίαι, q̃ inſtar iaculorũ currunt. Typhlopes ſunt, qui alio nomine τυφλῖνοι, qui etiãſi calcentũ, ſilent & quieti manent. Moluri, quaſi cauda ingredientes.

Elopes. *Libyes.* *μύαγροι .i. muriũ uenatores.* *Acontiæ.* *Typhlopes.* *Moluri.*

Aduerſus quorũ inflictas plagas ego herbas medicas, & propulſatoria morborũ, & folia, & tempus quo radices erui debeant, recenſebo & ſuccinctim & uerè, quarũ herbarũ & medicinarũ opera uſus, poteris mederi acceleranti ægritudinis triſtitiæ.

Decerpas autẽ herbas operæpretium eſt, recentes, dum plaga adhuc recenter ſcaturit bullit ue, id enim omniũ eſt præſtantiſſimũ, eo loci, ubi cnopes per floridam ſyluam pabula quæritant.

Serpentũ figuris, & lætali ictui, nunc pulchro ſanè ordine antidota ſubiungit: reddit aũt attentũ auditorẽ, quũ ſeſe traditurũ aduerſus uenenata iſta medelas & antidota promittit ac proponit.

Cnopes, uenenatorũ ſpecies ſunt. Scholia.

De herbis quæ aduersus plagas & morsũ uenenatorũ animaliũ ualent, nunc speciatim differit, principio de chironia

I. Primã aũt Chironis salutarem herbam euelle, quę idẽ cum Centauro Saturni filio nomẽ sortita est, quã olim Chiron in niuali Pelio deprehendens, eminẽtia sua perpendit: Cuius patula iuba similis est amaraci, flores uero aurei. Radix super terram eminet, nec in imũ admodũ defixa, syluosum in quo herbæ crescãt, locũ tenet. Quã tu uel siccã, uel interdum uiridẽ mortariotusam, boni uini admixta cotyla bibes: cuilibet enim tantũ satis: quã & alio nomine panaceũ uocãt.

Prima aduersus lætalẽ serpentium ictũ medela ex Chironia, uel Centaurio, quæ hoc nominis retinet, ꝙ à Chirone Achillis præceptore optimo medico sit inuenta. Chironis Phillyridæ magnifica mentio est apud Pindarũ odæ 3. Pythiorum, ibi medicam eius artem lyricorum ille princeps miris laudibus effert. Pulchre ergo exordiũ ducit ab ea herba, quæ à cum omnium primo tum optimo medico est reperta. Dioscorides. Panaces chironium & à Græcis & à Latinis appellari dicit. Nascitur inquit, in Pelio mõte Chironium pręcipue. Folio amaraci est, aureos habet flores, radicem gracilem nec profundam, & in gustu acrem. Bibitur contra serpentum uenena radix &c. Quod caput de panace Chironio Dioscorides ex Nicandro tantũ nõ descripsit. Amaracus est, quæ aliâs sampsychum nominatur. apud Latinos maiorana.

II. Teratur etiã aristolochia umbrosis locis gaudens, folia hederæ & periclymeno similia ferens, flores ut hysginũ rubentes habens, unde grauis odor expirat. ἄπιος. Medium fructũ ceu apii cernes, uel myrtadis, uel pyri, uel etiã Bacchæ. Radix fœminæ acumine quodam rotundatur, Mari prolixa est radix, cubitalis profunditatis, colore similis Horicio buxo. Hanc aduersus echios & echidnæ uehemẽtem morsum eximium iuuamen decerpes, uenaberis, acquires.

Aristo

Ariſtolochiam, Romani pariter Græcis plerunque ariſtolochiam uocãt, quæ ideo ſic appellata eſt, quod puerperis egregie opitulatur: ita Dioſcorid. Plinius malum terræ, alij malũ erraticũ, à Latinis dici uolunt. Dioſcorides hanc latiſſime & exquiſitiſſime pro more ſuo tractat. De periclymeno interpres Nicãdri ait: Q. periclymenon perinde ac ariſtolochia ſit herba, folia hederę non diſſimilia gerẽs. Dioſcorides Romanis inuolucrũ maius eſſe tradit. Breuis, inquit, frutex eſt, folia per interualla habet eum ueſtiẽtia, albido colore, hederę figura. Habet & ſecus germinationes quaſdã, in quibus ſemen hederæ ſimile eſt. Flores ut hyſginũ rubentes. Hyſginum herba eſt, ut docet interpres, coloris flaui, unde & hyſgino tincta dicunt, quibus ab ea planta colos eſt mutatus. Hermonax in Creticis dictionibus, ſylueſtrẽ apion eſſe dicit achrada. Iam apios in multa diuidit: etenim bacche dicit & myrtas. Alij achiada ſylueſtrẽ raphanũ dicũt eſſe, Bacchen autẽ uitem uel myrtũ. Porrò buxũ Horinũ.i. Cretenſem appellat ab Horico, quæ eſt ciuitas Cretę Apollini ſacra, ubi buxus naſcit, quę propterea etiã Horicia buxus dicitur. Hæc ſcholia.

Hinc drachmæ unius põdere pars quædam in Cirrhæi uini potione miſceatur, deturq; morſis à ſerpentibus, non parum enim conducet.

Κιρραῖα οἰνάνθη nigram uitem appellat: & per μετωνυμίαν uitẽ pro uino, quod ex uite oritur.

Præterea trifoliũ ſume aduerſus uenenata remedium, ſiue in excelſo loco, uel abrupta ualle illud deprehendens, quod alius minyanthes, alius tripetelon appellat. Comã habet loto arbori ſimilem, rutam uero odore æquiparat: at quãdo flores omnes adeoq; plumas enatas habuerit, ueluti bituminis odorẽ eructat. Inde ſemina colligens ſume, quantũ cymbiũ ad menſæ uſum factum capere poteſt: quæ ubi concauo uaſi intriueris, pro antidoto aduerſus ſerpẽtes bibito. III.

Quæ Dioſcorides de trifolio habet, eadẽ hic Nicander recenſet, nimirum quod habeat foliũ ſimile loto, odorẽ rutæ, dũ primũ ſeſe creſcendo exerit, ubi adoleuerit uero bituminis odorem emittat. Cymbium, menſuræ genus, quod Græci aliàs ὀξύβαφον, poculũ quo ad intinctus utebant, hinc metaphorice

taphorice quæuis alia teretia uasa instar acetabuli significat, ut hoc loci. Per κάρδοπον hic non arã panariã, sed μεταφορικῶς ὅλμόν, mortariũ accipit.

Age nunc iuxtà morborũ expultricia remedia do cebo. Thrinaciã thapsi radicẽ corpori medẽtẽ sume, miscens cũ exuberanti agni (cui albi flores) semine.

Hactenus simplicia pharmaca tria cõtra uenenata præscripsit. Nũc cõposita simul remedia aduersus eadẽ subiungit. Thrinaciam thapsi radicẽ accipit pro ipsa thapsia, quã Romani ferulaginẽ uel syluestrẽ ferulam nominant, ut Dioscorides refert. Thrinaciã eam à Sicilia, quæ à tribus promontorijs Trinacriæ nomen habet, ꝙ illic in Sicilia primũ sit reperta thapsus: huius succo aduersus serpentes utitur Nicãder. Est aũt uiridioris coloris, unde uolẽtes uirides & morbidi uideri, hac faciẽ suã inungunt: aiunt hanc Crateuã in insula Thapso una Sporadum reperisse, quæ est inter Arcusen & Phœnicẽ. Thapsus ergo Nicandro & Thapsia Dioscoridi idẽ sunt.

Nerin item & rutam effuse germinantem, humilisq; thymbræ germen decerpe, quæ iuxta syluam, solosq; serpilli ramulos crescit. Sume etiã florentis hastulę regiæ, aliàs radicem, aliàs caulem antherico maiorem. Sæpius etiã semen, cuius fibra seorsim crescit. Vel helxinen etiã, quã clybatin aliàs dicũt, aquis gaudentem semper, uel paludibus, ramulisq; florentem. Has omneis herbas bibe, ubi antea intriueris in cotylam, ex qua uel aceto uel uino mistas hauries: quòd si acetũ uel uinũ desit, facile aqua triste fatũ effugeris.

Nerin hic Nicãder, quã Dioscorides nerion appellat, alij rhododaphnẽ, Latini pariter cum Græcis rhododendron. πήγανος, quam poeta πηγάνιον dixit, & Peloponesii ῥύτην uocant, ruta est. Thymbra, cunila, satureia Latinis eadem est, ut suprà commemoratũ. πρέμνα proprie sunt palmarũ termites, nunc simpliciter καταχρηστικῶς pro ramo usurpauit ramos serpilli &c. Seorsim crescit. Non eñ inquiunt scholia, perinde ac in erebyntho accidit, quodlibet seminis granum cuilibet fibræ seu uaginæ impositũ. Quidam legunt ἀμφὶς pro ἀμφὶ, ut sit circũ semen. λόβος enim omnis cortex uel pileolus in quo semen est, uel granum seminis, uel cutis, uel corium, quod alioqui ὁ λεπὸς dicunt. Helxine herba est, cui nomen παρὰ τὸ

ἕλκειν

ἑλκετικὴν ἑαυτῆν, hoc eſt quòd ſit attractiuæ uirtutis: odor enim eius uim attrahendi habet, ſiue quòd prohibeat, ne iuxta ſe alia herba creſcat. Helxine, clybatis, ſideritis, parthenium, perdicium, eandem herbam ſignant.

Obſerua & ut acquiras circũſpice, bonã Alcibii, quę aduerſus ictum uiperæ ſalutaris eſt, radicem, quã ſemper ſpinoſa ambiũt folia, flores uiolæ ſimiles, circum eum uertuntur ſparguntur'ue: ipſa uero facilis & ramoſa radix in profundo ſolo creſcit. Porrò quum Alcibium uipera in extremo inguine percuſſiſſet, quũ in antro iuxta profunditatem egeſtate areæ lumina ſomno declinaſſet, protinus ab eo malo ui & fortiter reſpirauit, idq; hoc pacto contigit. Expgefactus enim dolore è terra ſtatim radicẽ euulſit, quã dentium ſuorum mox ſepto contriuit, itaq; ſuxit, uel ſuccum maſticando expreſſum bibit: ſiliquas uero cũ ſemine & caule ulceri ſuperpoſuit.

Echij, quod Latini ab inuentore Alcibio, Alcibiacum uocãt, ſuprà facta mentio. Huius deſcriptionem ex Dioſcoride petere facile eſt. Echiũ appellatur ab echide.i. uipera, contra cuius morſum ualet. Quæ uero de inuentore referũtur Alcibio, à Nicandro ſunt plana, nec ulla egent προσθήκας μόρῃ. *Echium Alcibiacum.*

Præterea uiridantis marrubii ramis cõciſis uti poteris aduerſus ſerpentes, ſi ſplendenti uino biberis. *III. antidotũ. Marrubium.*

Marrubiũ Græcis πράσιον eſt, Eupatorion, phyllophares, tripedilon, camelopodion, philopæda, Labeonem, aſterionem, atyrberſiam, tauri ſanguinem, aphedron, hori genituram apud uarias gentes eandẽ herbã appellari Dioſco. autor eſt. Nicãder etiam meliphyllũ & melictænan appellari tradit, ut in ſequentibus planum fit.

Quæ herba ſobolem ſuã non amantis uitulæ, quæ recens peperit, ubera diſtenta reddidit: atqui marrubio ſumpto, prolem ſuam admittit, quod & μελίφυλλον *Marrubium lactis copiam generat.*

f pastores

pastores dicunt, alii melictænan, nam ad huius folia, melleo odore apes delectatæ, non sine ingenti impetu circumuolitant.

Alia marrubij uirtute antidotũ hoc amplificat. Enimuero aĩaduertendũ, quod μελίφυλλον uel μελισσόφυλλον à prasio seu marrubio secernant, Dioscorides, Plinius, Virgilius Marcellus, esseq́ meliphyllon uel melictænã, quã Latini apiastrum & citraginem dixere. Nicãder quę de meliphyllo adfert superioribus ita connectit, ut cum ijsdem uel idem esse possint uel diuersum. Certe interpres Nicandri μελίφυλλον ἢ τὴν μελίτταιναν eandẽ facit cũ marrubio, dũ ea quæ poëta de melictæna dicit, de πρασίῳ intelligit, inquiens: μελίφυλλον ἢ καὶ μελίτταιναν τὴν πράσιον οἱ ποιμένες καλοῦσι, διὰ ὀσμὴν μέλιτος ἔχειν αὐτήν. Num uni interpreti, uel potius clarissimis pluribus autoribus adhibẽda fides, οἱ ῥιζοτόμοι dijudicent. Quod si de apiastro intelligatur, erit antidotum non omnino redditum, & ab autore perfectum. Quanq̃ ex superioribus cõpleri possit, apiastrum cũ uino bibendũ. Nam & Dioscorides, Bibuntur, inquit, utiliter apiastri folia contra phalãgiorũ, serpentũ, & rabidi canis morsus: unde nihil periculi si à prasio cum præclaris medicis & autoribus ἡ μελίκταινα separetur. Ego in hoc sum ut cẽseam referri ad marrubiũ per amplificationem, quæ de μελικταίνα dicit, id quod exactius rimanti singula, patebit, cum poëta statim post marrubij antidotum subdiderit: ἤ τε καὶ ἀσβέστοιο κατείρυσεν ἔνθετα μόσχου, ἤ τε, subaudiendũ βοτάνη πράσιον. Sed hic eruditiorum calculo libenter subscribam. Preterea quod marrubiũ & μελισσόφυλλον idẽ sint, ipse Nicander testatur clarius Alexipharmacis, ubi ait, In antipharmaco hausti aconiti, reseca fruticis abrotani caulẽ, uiridisq́ marrubij, quod iam μελίφυλλον dicunt.

hoc est, pastores marrubium meliphyllũ etiã & melictænã appellant, propterea qđ melleum odorem spiret.

IIII. Quinetiã cerebri auis domesticæ, quæ est gallina, tenues panniculos sumito. Interdum etiam psegma, decerpes polycnemon & origanũ. Vel ab hepate apri summã cutem radito, quæ è mensa enascitur pẽdetq́; prope fel atq; alimoniæ portas. Et hæc quidem simul mista dato bibere, bifariam cędens tundens'ue, uel ex aceto uel uino: quanq̃ plus ualeat si ex uino recipias.

De polycnemo Dio. c. 99. l. 3

ψῆγμα πολύκνημον. Psegma herba multis tibijs cruribus ue conspicua.

Psegma, interdum frustũ, interdum herbã significat, cuius Apollonius meminit in herbario suo. E mensa nascitur. Per mẽsam & portas partes quasdam ex hepate pendentes accipit, atque per hæc anatomices scientiam breuiter studiosis Nicander commendat.

Sumito

Sumito etiam ſemper uirentis florem cypariſſi ad potionẽ, uel panaces, uel fibri pernicioſum ſibi teſticulum. Vel, recipe teſtẽ equi, quẽ Nilus ſuper fuliginoſam Sain alit, aruiſq; malã falcẽ admittit: ſiquidem hyppopotamus ille relicto cœnoſo fluctu, cũ iam ſegetes uireſcunt, recentẽ demeſſuit herbã: tantũ deſerta profunditate, circũambulans, quantũ maxillis, recedentẽ ſegetũ ordinẽ trahendo, edere poteſt. Huius teſtẽ drachmæ pondere æquato, illaq; ſimul aqua in concauo uaſe tundes pari menſura.

Cypariſſus.

Sais.

Digreditur ad hippopotami naturam.

Sais urbs Aegypti, hippopotamis abundans. αἰθαλόεσσαν .i. fuliginoſam eam urbem dicit, ob nigrũ eius agrum.

Sais urbs Aegypti fuliginoſa quare?

VI.

Neq; tu abrotoni obliuiſcere, neq; tenuioris lauri baccharũ. Plurimũ etiã amaracus profuerit, in hortis fluuiorũ irriguis uirens. Impone item coagulum petulantis ętateq; florentis leporis, uel catuli capreę, uel hinnuli (antea tamẽ purgatis ſtercoribus) uel cerui aluum, quã iam echinum appellãt, alii reticulũ uiſcera continens. Ab his duarũ drachmarũ pondus in quatuor cyathos deiice, uetere temeto miſcens.

Abrotonum.

Echinus, proprie bouis aluus, hic ceruo applicat. Tres admonet aluos eſſe animalium Interpres, priorem κεκρύφαλον, παρὰ τὸ τὴν τροφὴν κρύπτειν. Alteram, ἐχῖνον, διὰ τὸ ἔχειν τὴν τροφήν. Poſteriorem ἀπηρητικήν.

Echinus quid.

VII.

Neq; te ueteris utilitas cedri clàm ſit, uel arceuthos fructuſq; platani latis foliis ornatæ: cuius comæ ęſtiuo tẽpore umbraculũ præbere queant, ſeminaq; bupleuri & Idææ cypariſſi. Vel ſummã etiã ceruini uerẽdi ſeminantẽ partẽ reſeca: omnia enim illa medebuntur

E 2

tur,grauemq; laborem abigent.

τὴν ἄρκευθον, quæ iuniperum interdũ significat, Scholiastes hoc loci fructum cedri esse, quem supra Nicander κεδρίδα appellauit, utrũ sit accipiẽdum, naturæ rerũ peritis per mitto. Porrò quũ in hoc uersu,

Μυδὶ σέ γε χραίσμῃ πολιοῦ λάθοι ἠὲ κέδροιο.

Quum πολιοῦ ad κέδρον refert ἐπιθετικῶς, causam relinquit, cur dubitemus de eius constructione καὶ τῆς ἑρμηνείας: quanq̃ em̃ per metaplasmon, qua supra atq; iterum usus est, excusari possit, non absurde tamen πολίου substantiue separatim à cedro pro polio intellexeris, cui⁹ & sub ingressum huius operis meminit, quod & aduersus uenenatorum morsus utiliter bibi, Dioscorides lib. 3. tradit. De platani arboris excellentia Plinius hic consulendus. Dioscorides uirides platani pilulas serpentũ morsibus succurrere docet.

Platanus.

Bupleurum.

Bupleuri semina. Demetrius Chlorus bupleurũ arborẽ esse dicit, sed falsò, inquit Scholiastes, sed olus est, cuius meminit Nicander in libro quem inscripsit Hyacinthum, & Epænetus de oleribus. Antigonus & Liconẽ ait mentionẽ eius oleris fecisse. Cyparissum Idæam, pro montana posuit, pro cuiusq; montis loci'ue cupresso.

VIII. Aliud nunc mortis effugium, contraq; eam robur & propugnaculum cõsidera. Sumptam ergo polybateam in rotundo mortario tere, cotylam ptisanæ infunde, atq; duos ueteris uini cyathos, quinetiam pinguis olei æqualem partem: quæ si ita miscueris, à uulneribus tuis uenenum auulseris.

Polybatea herba, à rubor multitudine dicta, ut ex uocis etymologia claret, παρὰ τὸ πολὺ καὶ βάτον.

IX. Sume ad sextam cotylę partem graueolentem picem: atq; à uiridis ferulę medio umbilicũ decerpe, uel equini fœniculi impone crescẽtem radicem. Semina item, cumq; cedri fructibus palustris apii semina intere. Hiet aũt referta oxybaphi profunditas: quo iniicies equini apii semina, myrrhęq; amarę duo drachmarum pondera: incidesq; fructũ spicas habentis cymini, certo põdere librãs, quò tum uiperã, tum id quod

Ἱππεῖον μάραθρον.

malam in te constitutionẽ parit, tollatur è medio.

Quæ si ita mixta fuerint, tres cyathos ex uino eius confectionis bibes.

Fœniculum equinũ est, quod aliâs hippomarathron appellat̃, Romani erraticũ fœniculũ dicunt, ut autor est Dioscorides. Theophrastus, inqt scholiastes, uult hipposelinon, hoc est, equinũ apiũ esse, quod in saxosis locis nascitur: quod sic nominarunt, ob sui magnitudinẽ, uel quia ad equorũ stranguriã faceret, quod & Smyrnæũ & Compsæũ uocãt, ut Anacreon in Rizotomice sua. *Fœniculum equinum.*

Recipe nardi probati drachmã unam, simulq; intere octipedem è fluuio extractũ spoliatumq; cancrũ cum recens mulso lacte: iridemq; quã Drilon & ripa Naronis aluit. Sidonii, Cadmi eiusq; uxoris Harmoniæ fundamentũ, qui & illic in duos horribiles dracones transmutati, per pabula errant. X.

Irin Romani radicẽ maricam, gladiolũ, & consecratricẽ dicunt, à cœlestis arcus similitudine, qui Græcis iris est, planta hæc etiã iris dicta est. Illyrica quoq; iris appellatur: Nã Drilon fluuius est Illyriorũ & Narorũ, qui segregat Illyricos & Liburnos: illic Cadmus & Harmonia habitarunt, qui in serpentes sunt permutati.

Sume etiam florẽtem foliaq; sua explicantẽ ericẽ, quam apum repens examẽ pro pascuo quærit. Sume etiam myricæ tenerũ fruticem, honorificũ inter uiuẽtes uatẽ, per quã Apollo Coripæus, cum oracula reddidit, tum iura quibus homines gubernẽtur, ostẽdit. Misce item conyzæ uiridem plãtam, atq; lenes actes caules: tũ multas alas atq; flores sampsuchi, cytisum & succulentas thymalides. XI. *Erice.* *Acte.* *Thymalis.*

Erice herba, cuius folia hederæ similia, longiora tamen & asperiora: ita scholia. Dioscorides inter arbores collocat, dũ inquit: Fruticosa arbor erice est, tamarici similis, multo tamen breuior. Coma eius floresq; serpentum

mor sibus illiti, medentur. Myricæ ramũ, honorificũ inter uiuentes ua-
Myricæ. tẽ, appositio est, qua poëtice amplificat. Myricæ pretiũ & dignitatẽ indi-
cat ποιητικῶς. Scholia sic interpretantur. Quod Apollo legẽ tulerit, ꝙ myri
ca ad uaticinia sua uates uterent. Herodotus in 4. & multis alijs locis, &
in Europa q̃sdã ꝑ myricã uaticinari ait Sedet in Lesbo Apollo, myricæ ra
mos habet; unde & Myricæus cognominat. Metrodorus de Cõsuetudine,
uetustissimã eẽ plantã ait myricę. Aegyptios in Iouis solẽnitate myrica co
ronari, magos eadẽ apud Medos ornari. Corypæus. i. Thessalicus, à Co-
Corypæus Apollo. rype Thessaliæ oppido: quidã legunt ὀρόπιος, Oropia ciuitas Bœotiæ, ubi
nobilissimũ Apollinis tẽplum fuit. ἀκτή, iuxta Theophrastum, densa plã-
ta est, cui sint uirgæ sexcubitorũ. Thymali. Myctẽn in libro de Rizoto-
micis, de thymalidis ait, Tres esse species crateæ, uocari primã quidẽ ma-
sculũ, à quibusdam uero cobũ, esseq; rubũ habẽtem uirgas rubras. Aletrã
esse myrinen. Tertiã thymalida. εὐγλαγίας ἀντὶ τοῦ πολὺν ὀπὸν ἐχούσας, ἢ γαλακτώδεις, hoc est, succi multũ habẽtes, uel lacteas, uel lac uber reddentes.

Atq; ea omnia in mortario tunde, inq; acetabulis seu recipientibus uasis admiscens merum, ad decimã
χοῦς. partem choos. i. cotylæ mensura, & parũ ultra.

Quid chûs, in superioribus ostensum.

XII. Hoc est, uiuentes ranæ. Adhæc † ranarũ germinum strepitus, maxime uero minorũ talium ranarum parentes optimi sunt, co cti ex intinctu edantur.

XIII. Sæpe etiam hepar uiperæ uino schedio, id est, non adeo forti sumptum, prodest.

Schediũ uinũ quidẽ. Vinũ schedium, pro uulgari accipit, uel illud à Schedia Aegypti urbe, quæ est prope Chereum, uinũ illud appellat. Demetrius uinũ schediũ Cercyreũ, ab insula Cercyra intelligit, ut Scholiastes habet.

XIIII. Vel malũ uiperæ caput: quod si à puellis à uenenatis animalibꝰ lęsis sumat, in uino tũ acceptũ proderit.

XV. Neq; tu elichrysi fulgentis florem relinque corcorũq; inflexũ, panactęamq; conilam, quã & alio nomine Herculeum origanon dicunt.

Elichrysus. Elichrysus herba est, cuius Theocritus in hederacei poculi descriptione

in

in primo Idyllio mentionẽ facit. Plin. hederæ speciẽ tradit. Dioscorides cũ aspiratione legit heliochrysus, & helichrysus, eãq; chrysanthemon, aliâs amaranthũ uocari, Romanis helichrysum eodẽ cũ Græcis noĩe dici testat. Corcorus, oleris spẽs uilioris. Vnde prouerbiũ, Corcorus inter olera: *Corcorus.* cui⁹ & Hephæstion meminit. Est aũt sp cõclusum, ideo ἠμύσν autor uocat.

Cunilam, quã in superioribus agnouimus πανάκτειον per epitheton dici qdã putant, quasi πανάκειον. i. oĩbus medentẽ, esseq; τ interpositũ p ἐπένθεσιν uersus gratia. Petrichus in Serpentario suo: Conilam sic ab inuẽtore Conilo noĩatam, memoriæ prodidit. Diocles aũt tradit, à quibusdã Heracleũ origanon, à qbusdã syluestrẽ origanon appellari. Hæc Nicãdri interpres.

Leuiga etiam & tere cum onophyllo origanum ipsum adeóq; thymbræ teretem fructum: sunt enim ea mali expulsiua morbi. XVI.

Asini foliũ, herbã Interpres esse docet, quæ ὀνόφυλλον aliâs dicatur. Nicander ὄνυ πιτάλφον uocat. Thymbræ fructũ στρομβεῖα. i. rotundũ fructũ appellat. Est aũt thymbræ fructus spica flore plena, colore uiridi, autore Diosc.

Præterea accipe minoribus papaueribus similem rhamnum, rore consperſam uuidamq;, circa quã semper candentes flores crescunt, quã alio nomine philetærim homines appellant, qui iuxta Gygæ monumẽtum, quod est ad Tmolum montẽ, Parthenii iuga incolunt, quo loci per Clezon montem otiosi equi pascua decerpunt, Caistrusq; originem trahit. XVII.

Rhamnũ fruticẽ esse spinosis & aculeatis folijs Dioscorides tradit, qui *Rhamnus.* aliâs Persephoniũ, leucachantha, spina cerualis & atas dicatur. Nicandri Scholiastes, plantã esse spinosam ait, quæ apud Mysos & Lydios philetærus. i. sociaIis, amans sociorũ nominetur. Gyges rex Lydię fuit, cuius illic *Gyges.* monumentũ relictũ, quod autoritate Hipponactis Scholiast. confirmat.

Tmolus mons Lydiæ, Partheniũ promontoriũ. ita Nicander circũstan- *Tmolus.* tia ubi, uel topographia amplificans hoc antidotũ, ostendit ubi locorum *Parthenium.* rhamnus frutex ille nascatur.

Agedũ iam tibi radices, quæ aduersum serpẽtium morsus ualeant, dicamus. Atq; hic utrunq; echieũ cõsidera, quorũ alterum spinoso folio simile est anchu *Tãetsi radices hic se traditurũ promittat, nõ solas tamen radices, sed &*

sæ,

ipsas herbas describit: Proinde uisum est prioribus cōpositis antidotis hæc etiā adnectere, XVIII. ergo est ordīe qđ nunc tractat.

sæ paruam & modicã in terra radicē tendens. Alterũ foliis & semine, altum & uiride, modico circũcirca flosculo purpureã speciē præ se fert. Estq; ipsum uiperæ forma germē, durũq; supne caput habet. Ab hoc utroq; æqualiter resecta parte utere. Nã ligneo cõcauo uase, uel mortario, uel lapidea pila tusa proderit.

Anchusa.

Anchusa herba est, cuius tres species enumerat Dioscorides, at q; alteræ anchusæ (cuius sunt exiles ramuli, in quibus purpureus, inclinato ad puniceũ colore flos est) Folia uenenatorũ præsertimq; uiperarũ morsibus, succurrere dicit, imò & radicibus eundem esse ualorē ait: in quē, inquit, usum comeduntur, bibuntur & alligantur, tantaq; est uis ut si quis cõmanducatam in uenenati animalis os expuerit, mori id ferant. Interpres duas Echiei species facit, quæ propter utilitatem suam hoc nominis inditum habēt, quòd à uiperis lancinatos curent, atq; Numeniũ in theriaco, duas echiei spēs q̃q; numerare testatur, qui alterã saltē cõmodare dicat. Enuero secundũ Nicandrũ nunq̃ ualet aduersus uiperarũ ictus, unde & nomē est sortitũ, quorũ alterũ minus uidelicet ocymo simile est folijs. Quid uero Dios. de echio sentiat, in superioribus auditũ. βλαστὴ δ' ὡς ἔχιος, ramus alterius echij est ueluti echios ramus. Interpres monet hic ἔχιν herbam esse. Porrò de echie historiã nobis pauloante Nicãder optime & pulcherrīe recēsuit.

XIX. Vel tu eryngi, medicantisq; acanthi radicē tunde, sumasq; æquale utriusq; pondus, ac pendētis in montiũ radicibus erini, ac simulac contriueris, bibe.

Eryngum.

Eryngum, Hispanos centũ capita, Romanos capitulũ cardui appellare Dioscorides tradit, eamq; herbã cum uino sumptã, aduersus uenenatorũ morsus & epota uenena ualere, idem scriptũ reliquit. Erinon Diocles in Rizotomico suo ait simile eē ocymo: ualet aũt cõtra uenenatorũ plagas; nascitur iuxta flumina & fontes & apricos locos & ualles. Scholia.

Erinum.

XX. Recipe eucnemi montanæ grauem comã, ac semē Nemeæum semper folia retinentis apii, ac anesi radices duplici pondere, ad nutantē lancē grauēq; sustolles. Atq; hæc uno quodã uase rite confeceris, ut aliàs perniciosa uiperarũ dãno, aliàs ictui scorpionũ, aliàs

uero

uero morsibus phalangis medeare: unde si cuipiam antidotũ dare uolueris, triũ obolorum pondere partẽ in uinũ iniice, sicq; libratum tinctumq; bibituro laborãti dabis.

Eucnemus montana, species herbæ est, est aũt duabus uocibus pro una usus, εὐκνήμοιο ὀρείης, ita ut prius uel posterius, uel herbæ nomen, uel herbę epitheton esse possit, ut εὐνήμου sit inflexiles ramos habentis ὀρείης uel eucnemi montanæ. Et semen σπέρμα, neutrũ hoc loci primæ cõtractorũ, à σπέρμα τὸ σπέρμα. Quod aũt apium semen nemeæum appellat, ideo fit, quòd Nemeis præclarissimis ludis & certaminibus apud Græcos Nemeorum luctores, apio coronabantur, ut apud Pindarũ in Nemeis liquet.

Anesum, Romani pariter Græcis anesum dicunt, contra oĩa quæ ictu morsu'ue uenenum relinquũt, accõmodatum est: Dioscor. Dioscorides per ι ἄνισον, Nicander ἀνίσον per η legit.

Perpẽde radiantẽ etiã chamęleonẽ atq; montanis locis gaudentẽ. Sũt aũt duo seorsim chamęleones, alter caliginosa specie scolymo nõ est dissimilis, rotũda effusa coma. Radix huic est dẽsa & cãdẽs, quæ sub aspis & opacis locis, solẽ fugiẽs in nemorib⁹ crescit. XXI. *Duæ chamæleonis species.*

Reperies alterũ chamæleonem semper foliis contumacẽ, qui medio capite, humilis planè & à terra nullo assurgens caule nascitur, radice subalbicante, quæ gustu tamen melleũ saporem præbeat: horũ nigrum tu quidẽ declina, albi aũt aqua mixti, drachmã bibes.

Duas chamæleonis spẽs describit, quarũ alteram albam in uinũ, duntaxat utilẽ pro theriace docet. Scolymus cui similẽ facit albũ chamęleonẽ, herba est, cuius & Hesiodus in ἔργοις meminit, dũ inquit: ἦμος δὲ σκόλυμός ἀνθεῖ. Porrò Diosco. à Romanis chamæleonẽ carduum minorẽ: nigrum uero uernilagium, uel etiam carduum minorem appellari tradit. *Scolymus.*

Recipe itẽ alterã Alcibio simile nomẽ gerentẽ herbã, manipulo manũ tuã replens, quã ex modico uino XXII. *Amplificat inuẽtione Alcibij*

bibes. Atq; hanc uenator quidam repperit, dum in Phalacræis ſcopulis, per campũ Crymnes, perq́; Graſum & per Equi prata, canibus Amyclæio mandãs, latratũ canis animoſi pernicioſum concitauit. Ibi tum canis capræ curſum, in ſyluæ auiis ueſtigans, ictũ uiperæ ſuſcepit in cantho lachrymis uuido. Reiecit ergo procul à ſeſe facto ſtrepitu & eiulatu ſerpentẽ, protinusq́; herbæ folia commanducauit, cruentã ita mortem deuitans.

Superioribus antidotis duorũ echieorum meminit, cuius prioris inuentionem Alcibio cuipiam tribuit, hiſtoriam illic totam inuentionis recenſens. Alterius tum formam quidẽ item deſcripſit, ſed ab Alcibio hanc q̃ꝗ repertam, hactenus non indicauit. Hic ergo alterũ echium repetit, quod ſupra purpureo modico flore dixit, atq; inuẽtionius huius hiſtoriã quoq; adijcit. Alcibiacũ ergo herbam hãc uocat, non ꝙ ab Alcibio hæc altera ſit reperta (nam cani uenatico huius inuentionem refert Nicander acceptã) ſedenim quòd primæ ſpeciei echio ab Alcibio reperto, non ſit admodũ diſſimilis. Dioſcorides alterum echion non habet. Veruntamen quæ de ocymoide quã Romani ocymaſtrũ dicunt, referr, huc pertinent. Nam illi eſt ocymoides, quod Nicandro alterũ echion. Ocymoidis aĩt ſeu ocymaſtri, inter reliquas & hanc uirtutẽ connumerat, ꝙ ſemen eius in uino potum uiperarũ & aliarũ ſerpentum morſibus medeatur. κάνθος, ut Heſychius, eſt oculi circulus uel angulus. Interpres Nicãdri partem eſſe ſub nare, qui canthos dicatur, docet. Ẽmuero ut ex eodẽ colligitur, duo ſunt hirqui, alter ad naſum recedens, qui κάνθος, alter ad aures, qui παρώπιος Græcis dicitur: ῥαντῆρα uero κάνθον, quod ſparſorẽ ſonat, ꝙ lachrymas ex ſe manantes, hirqui ſpargant canthi. Nam quũ ῥαντὴρ ſit actiuæ ſignificationis, ſparſorem rectius ſignificabit, q̃ quod Nicandri ſcholiaſtes (tametſi & id nihil ſenſui repugnet) paſſiue exponens dixit, κανθὸς ῥαντὴρ dicunt, quod lachrymis adſpergatur: τὸ μὲν πρὸς τὴν ῥῖνα μέρος. ῥαντὴρ λέγεται, ὅτι ῥαίνεται τῷ δάκρυσι.

Duo hirqui. κάνθος παρώπιος.

Phalacra Troiæ promontorium. Crymne & Graſus ſunt campi Troiæ. Per equum, ligneũ iſtũ à Græcis extructũ in gratiam Palladis intelligit.

XXIII. Recipe uiridem corticẽ oleoq́; plenam crotonis, quem ſimul cum foliis aſperi meliſſophylli miſcebis

Vel

Vel ramũ ſolis conuerſionibus ſimile ferentē nomē, quæ herba Hyperionidæ retrouertentis ſeſe oſtendit ſemitas, oleæ foliis par. Sic etiã iam radicem cotyledonis, quæ luctuoſis ulceribus frigore in pedibus natis ruptiſq́; medetur. Iamq́; uel teneræ pyritidis uirentia folia ſumito, uel demeſſũ ſcolopẽdrii caulē accipito.

Croton, inquit Scholiaſtes, ſpecies eſt plantæ, ſimilis pinui: utitur autē poëtica heliotropij circuitione, ramum ſolis conuerſionibus ſimile nomen ferentē appellans: eandē & ſcorpiuron & iſchiuſan dici Interpres monet. Heliotropion ideo, ꝙ ſolem uertendo ſe ſequatur. σκορπίουρος, ꝙ radix eius ſimilis ſit ſcorpionis aculeo, ſpicea exiſtēs. Iſchiuſa .i. ualens, ideo ꝙ in Aegypto planta eius talem habeat uirtutē, ꝙ cum eam quiſquam attigerit, ſtatim exareſcant folia: ꝗ primum aũt reliquerit, refloreſcant. Folia habet oleæ ſimilia heliotropium, ut Nicãder ait. Hyperionides ſol à poetis dicit, Hyperionis gigantis filius, ſiue παρὰ τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς ἰέναι .i. q̃d ſuper nos curſum ſuum habeat, ab oriente in occidentē &c. deuoluēs ſeſe. Cotyledon ſpecies herbæ, cymbalo ſimilis, in ſepibus naſcēs, quam qui comederit, in pedibus ex frigore ulcera habens, ſanetur. Crateuas in herbario ſuo addit: Q. ſi quis ouibus agnas ſuas non amantibus hanc herbã aquæ intritam dederit, eas tũ affectum amoris cõſequi. Dioſcorides cotyledona, Latinis umbilicum Veneris eſſe ſcribit. Sonat aũt cotyledõ acetabulum, ꝙ folia eius in orbē, acetabuli figura ſint circũacta. Pyritis herba eſt, quæ aliâs & πύρεθρον uocatur, ꝙ aſpera ſit: ab igni nomen potius gerit, ꝙ urentē uim habeat, cuius meminit Iolaus, eã conferre dicens. Eſt & altera quædam pyritis, quã ad cuiuſq; generis morſus ualere teſtatur Crateuas. Scolopendrios herba eſt, quæ ſic dicta, ꝙ folijs ſcolopendræ ſerpenti ſimilis ſit: ſtypticæ naturæ eſt, ſuccurrit à uenenato morſis.

Croton. Heliotropium. Scorpiurus. Iſchiuſa. Hyperionides. INTERP. Cotyledon. Pyritis. Scolopendrios

XXIIII. Sumito etiã Phlegyeiũ panaces, quod primus Aeſculapius ad cœrulei fluminis ripam euulſit, Iphiclis Amphitryonidæ ramũ curans, quando cum Hercule noxiam cremabat hydram.

Panaces & pæanicũ ſpecies plantæ, quam Phlegyæam dicit, ꝙ apud Phlegyas gentē Phocidis naſcitur. Iphiclis Amphitryonidæ ramum curans, eſt periphraſis: Iolaum enim Iphiclis filiũ intelligit, qui ab hydra dũ Herculi opem ferret, eſt ſauciatus. Romani, ut Dioſcorides refert, hãc her-

bam pariter cũ Græcis panaces Asclepium dicunt. Contra serpentes, inqt idem, flores huius panacis cum uino bibuntur, & ex melle inunguntur.

XXV. Cæterũ si catulum felis, aut rapacem matrem recentem deprehendens cutem ei detrahe supra aridi radiantisq; ignis uaporem, ex hac omnia intestina & stercora uentris proiiciens, sale & sulphure tempera, ac seorsum à sole arefac: ne aliqua ex parte acute & uehementer prodiens sol, recentem corporis felis formam aridam planè reddat. Sed enim quando te necessitas urserit laborantem, tum cultello arefactum corpus tere, ac in minutas partes seca, perinde ac molle silphium, aut orbem aridi sanè lactis, in uinũ interens. Hoc enim oĩm erit & præsentissimũ & præstãtissimũ antidotũ, quo cuncta simul mala amolieris.

τὸ σίλφιον, herbæ naturam & uires, cuius etiam suprà meminit, Dioscorides lib. 3. ca 85. explicat, Plinius laserpitium uocat.

XXVI. Audito iam marinæ testudinis auxiliatricem uirtutem, erit enim auxilio aduersus morsum longorũ, quotquot etiam animosos homines læserint, serpentium: ea enim magno tibi remedio fuerit. Porrò

χελώνη. quando noxiam testudinem super litora ponti ad aridam traxerint piscatores, eam tu supinam arreptã æreo cultello neci da, animamq; eripe, seu uitam à capite tolle, infringe utrumq;, cruorem effunde in fictile uas, recens è camino productum: liuidam autem, quę in imo resedit sanguinis aquosam humiditatem, in fabrefacta mactra mortario'ue excolato, defeca-

toq;. In qua subinbe mactra in grumos confractum cruorem arefac, quatuor drachmarum pondere. E cymino uero agresti duas drachmas, eq; leporis coagulo, quartam duarum drachmarum partem iniice. Hinc drachmæ pōdus resecans, siue eximens, in uino bibere da ei, qui morsus fuerit à uenenato. Et hæc quidem aduersum serpentes antidota reperies. *Epilogus & cōclusio serpentiū*

Opera iamnunc noxii considera phalangis, signaque eius morsus. Primus itaq; splendidus, rox appellatur, niger planè, accumulatis pedib⁹ prorepens, medium uentrem ore & dentibus septum habens: cui ab hoc inflictum uuln⁹ fuerit, perinde corpore apparet, atq; si nihil quicquam sauciatus foret: oculi uero inferiori parte rubescūt, frigus iuxtà in corpore adhæret, infigitur, statimq; color, & membra hominis à supernis ad ima uergere uidentur: neq; penis semine uuidus demittitur: sed lumbos occupans ita frigus, genuum nexus dissoluit. *De phalangis. Rox.*

Hactenus serpentum figuras & antidota contra illorꝫ ictus tradidit, iā se ad phalangiorꝫ & formā & uenena confert. Numerat aūt 7. phhlangiorum genera, quorū primum rox dicitur, à similitudine acini uuæ, qui ῥώξ etiam Græcis nominatur, II. ἀστέριον, ab ἀστὴρ. i. stella, ꝙ micātes corpore suo stellarum instar uirgulas & lineas habeat. III. κυάνεον, à nigro colore. IIII. agrostes, quasi uenator muscarum, culicum & œstrorꝫ. V. δύσδηρι. i. difficilis pugnę, uel σφήκιον, hoc est uespicum, ut ita dicam, uespis simile. VI. μυρμήκιον, formicis simile. VII. κανθαρίδα σιτίκελον, scarabeis simile. *1. ῥώξ. 2 ἀστέριον, 3. κυάνεον. 4 ἀγρώστης. 5. δύσδηρι. 6. μυρμήκιον. 7. κανθαρίδα σιτίκελον.*

Asterion iam secundū obserua, in cuius dorso pinguia quædam relucent, ac lucidæ in corpore uirgulę. Percussum ab hoc inexpectatus horror cum flamine *Asterion secūdū phalangiū.*

quodam adoritur, caput uero somnus grauat, genuũ & membrorum nexus & imbecillitas fit.

III. Cyaneum. Cyaneum aliud sublime crinitum & asperum æqualiter est, difficilem corpori infert illud puncturam, quodcunque labefactauerit, corq; graui languore succumbit. Nox & caligo tempora circunstant, uomitumq; edidit è collo lubricum, ab araneis non multum distantem, adeoq; tãdem interitũ subministrat.

De colore cyaneo Diosc. l. 5. c. 60. & Scholia in Ilia. Home. Cyaneum à nigro uel cæruleo colore, qualis est rudis metalli, quemadmodum asterion ab astris, à splendidis, & instar stellarũ micantibus uirgulis. Vomitũ lubricum, araneosum dicit, quod tenuis esset instar telæ araneorum, siue quod araneis similis uideatur.

IIII. Agrostes. Ab hoc alius est agrostes, qui specie sua lupo est similior, muscarum interemptori, qui apum obseruator est, culicum qui psenes dicũtur & œstrorum, & omnium quæ ad telam ipsius puenerint. Hic imbellẽ plagam & uanum uulnus homini infligit.

Ψῆνες, sunt culices, quales olynthi nascuntur, Hesychius.

Dysderi. Restat aliud genus, quod dysderi, aliàs spheceũ appellant, rutilum satis, uespæ crudis uescenti persimile, quod iam fortem ex equo generationem suam indicat: Etenim equi uesparum, tauri uero apum sunt productores: nascuntur enim feroces uespæ putrefactis equorum cadaueribus. Hic si quempiam uulnerarit, ingens è uulnere tumor erigitur, morbi etiã quidam ad genua, aliàs etiam neruorum cordis, & uenarum languẽtium trepidatio, aliàs uirium destitutio,

πελλμόν. ut per

ut percussum sæpius domet atq; interimat. Extremi maleficii animal, somnum adferens, qui hominē quiescere ab huius seculi laboribus faciat. πανσύριον.

Age iam formicarium consideremus, quod formicis planè simile est, collo quidem rutilum, reliquum corpus nigredini ex putredine factæ, par est, undiq; latum stellatum dorsum punctisq; distinctum gerens, cui subcinericium tempus, ad modicam etiam ceruicem attollitur. VI. μυρμήκειον.

Sextum phalāgiorū genus, μυρμήκειον, ἀπὸ τῶν μυρμήκων, à formicis, quasi dicas formicarium.

Atq; ex hoc phalangio dolores priorum similes uenenatorum ueniunt. Enimuero ubi homines manu euellētes circa falcē legumina, aliaq; id genus è terra media parte adhuc uiridi, crescētia colligunt, tū cumulate flāmeo reperta colore, scarabeis similia, phalangia parua, carpunt pascua. Circa huius cruciātem morsum, tubercula & pustulæ exurgunt, cor oberrās furit, lingua incondite strepit, oculi etiam subuertūtur. Perpende iam animo tuo, quas salubris Aegypti terra bestiolas nutrit phalænæ similes, quam circum lucernas cum impetu uolitantem, nocturnum cœnæ tempus abegit, cui alæ sunt angustæ squalidæque, nō uirides, qualia sunt conilæ folia, imò cinereæ sunt, si quis ea contrectauerit. VII. genus φαλαγγίων, paruis scarabeis simile. Enallage numeri. Phalæna. πρωσωπτῷ.lx

Septem phalangiorum genera hucusq; tradidit, nunc ad Aegypti sese uolatilia quædam & reptilia conuertit, ac primū ea τῇ φαλαίνῃ similia facit. Est autē phalæne uolatile, quod sub lucernarum incensionem appa-

rere

rere solet,appellant aūt hodie φαλαίναν,psoram uel psychen,uel pyraustē, uel candylosbesten: φάλαινα est Rhodiorum uocabulū.Nam sic illi uolantes circū faces bestiolas appellant.

Craniocolaptes.

Huic non dissimilis in perseæ foliis educatur, quē cranocolapten dicunt, cuius horribile semper caput incessanter nutat, uterus aūt grauatur. At enim quod stimulo,qui ceruici adeoq; summo capiti infix⁹ inflixerit alicui uulnus,facile sanè,citraq; omnem laborem,& mortem & interitum tibi admiserit.

Quod in perseæ folijs educari phalangium,Nicāder scribit,nomine nō exprimit.Enuero Dioscorides cranocolapten appellari testatur in perseæ arboris descriptione dum sic inquit:Persea arbor est in Aegypto,fructum ferens esui accōmodum stomacho,conuenientem,in qua phalangia,quę cranocolapta uocant,inueniuntur, potissimū uero in Thebaide. Virtutē habent folia eius,sicca contrita,sanguinis fluxū,si inspergātur,sistere. Tradiderunt quidā in Perside lætalē fuisse arborē,in Aegyptū aūt transpositā, & esui aptā & salutarem factā, ταῦτα ὁ Διοσκωρίδης. Cranocolapten scholia καὶ φαλοκρούσην quoq; appellari memoriæ produnt,quod idem ualet cum τὸ κρανοκολάπτην. Sostratus autor est,cranocolapten oleo suffocatum,aduersus uenenata antidotū prębere.Est aūt περσεῖος gtūs Aeolicus ȝ.cōtractorꝫ à recto περσεύς,sicut βασιλεὺς βασιλέως καὶ βασιλεῖος. Sostratus in libro de morsibus, perseam quam rhodacineā uocant, ab Aethiopia in Aegyptū transplantatam esse ait.Cæterū Rholus Democritēus Persis lætalē inqt fuisse arborē,quā in Aegyptū transmiserūt,ut per eā ꝗplurimi intoxicarent,& interirent,sed eam permutatā,fructum producere dulcissimum, qui hodieq; cernatur.

Scorpionum genera.

I. Agedum aculeo dolorifico armatum scorpionē canam,eiusq; tetricum genus,quorum primus albicans,neque fonticus neq; lætalis est.

II. Sed cui rutilæ genę micant, calorem flagrātemq; mortalibus œstrū incussit,quo malo homines horrore concutiuntur & frigore,perinde ac qui febri diuexantur & acri siti incenduntur.

Qui

Qui luridus eſt malam trepidationem & motionem tribuit homini quem cęciderit, qui ceu attoniti & uani & ſtulti rident. III.

Alius uiridante colore, qui ſimul ac corpus hominis concuſſerit, tremores & frigora ilico admittit, aerisq; grando talibus uidetur circunſtare, etiamſi ſol ardentiſſime radiis ſuis flagret. Talis tantaq; eius ſtimuli afflictio, cuius uertebræ nouem iuncturis cõnexæ apice ſuo nocent. IIII.

Alius liuido colore, ingẽtem aluum geſtat latũq;: Herba enim ueſcens, ſemper inſaturabilis manet, corpus etiam hominis exedẽs, inguini inſolubili ictu nocens. Tam uehemens eius genis & ori morſus inſitus infixusq; eſt. V.

Deprehendes itidem ſimilem ſcorpionem litorali ſeu marino cancro, qui albẽtes algas, fluctumq; maris decerpit paſcendo. VI.

Alii rurſus incuruis æquales planè paguris uidentur, corpore grandes, chelis & forcipibus æque ſolidi, atq; paguri, qui in ſaxoſis cauernis demorantes ſibi timent: quinetiam è paguris tales ſcorpiones, genus & ortum ſuum ducunt. Nam quum rupes tenuesq; multum ſtrepẽtis maris reliquerint algas, eos ex mari ineſcantes piſcatores extrahunt. At paguri ſe peti ea uenatione ſentientes, murium rimas & nidos ſubeunt, ubi prolem perditricem habent, ibiq; è mortu- VII. φωλεύονται.

is tandem paguris, scorpii nocẽter per foramina ista generantur.

VIII. Postremo melichlorus tibi animaduertendus, cuius summum uerticillum prænigrũ est inextinctáq; noxam infligit, hominibus certe infensissim⁹ ille obliquo gressu corpus flammæ simile cõmouens: pueris uero & natu minoribus celerem interitum adduxit: quibus & circũ terga densæ alæ expandunt, locustæ fruges rodenti non dissimiles, quæ super summas spicas uolantes, extritam aristam absumunt, per mõtana & hederæ tricas inambulantes.

Enallage numeri.

Octo scorpionum genera.
1. λευκός.
2. πυρσός.
3. ζοφοειδής.
4. χλοάων.
5. ἐμπέλιος.
6. καρκίνῳ ἴκελος.
7. παγούρῳ ὁμοῖος.
8. μελίχλωρος.
ἐννεάδεσμοι.

Octo scorpionum genera cõmemorat, quorũ figuras & ictus morsusue satis aperte Nicander exposuit. Primũ λευκὸν, album à colore, cuius morsus non est lætalis. Secundũ rutilũ, qui & tremorẽ & sitim ictis à se infundit. Tertium ζοφοειδέα appellat, ab opaco & obscuro colore. Quos hic percusserit, continuo corporis motu concitantur, ac rationis impotes rident; & fatui ex eo dolore fiunt. Quartus scorpio à uiridante colore, χλοάων appellatur. Si quem hic ceciderit, frigore eum quassat, adeoq; intenso gelu torquet, ut in solis feruentissimo calore, tamen congelatã grandinem persentiscere sese putet. Porrò cum Nicander χλοάοντα uertebras nouem nexibus glutinatas habere dicat in apice stimuli, Scholia monẽt nonariũ accipiendum pro multo, quẽadmodum alibi Nicander duos aculeos habentem, nouem stimulis munitũ dicit. Neq; igitur quòd nouẽ nexus habeat, τὸ ἐννεάδεσμοι dixit, referente Antigono, neq; propter nouẽ uertebras, ut inquit Demetrius: non plures enĩ q̃ septem uertebras habere scorpio cernit, & eas quidẽ raro, ut ait Apollodorus. Fortasse igit & hic per nonariũ duobus aculeis armatos scorpiões intelligit. Quintus ἐμπέλιος, quasi πελιδνός, liuidus: cuius genis ingens uirus & tristitia, quã efficit in eo quem percusserit, βόσρωσιν, uirus appellans, quæ dictio alioqui alimoniam significat: est & uolatile quoddam, cuius meminit suprà in basilisci descriptione.

Sextus cancro similis. Septimus similis est paguro. Est aũt pagurus cancri genus, cuius rationẽ & naturam Nicander & eleganter & scite describit. πάγος locũ asperũ & inaccessum ualet; ὁρούειν seruare, custodire: hinc pagurus, cancer ille nomen sortitus est, παρὰ τὸ τοὺς πάγους ὁρεῖν καὶ φυλάττειν. Nam talis fama est de paguris, qualẽ & Nicander hic literis prodidit, pagurum, si à piscatoribus se peti intelligat, foramina subire, illicq; tan-

dem emori. Ex cuius corpore siue cadauere, tandem hoc genus scorpij nascuntur, paguri speciem præferentes. Octauus melichlorus appellat, quod melleo sit colore conspicuus, uel cereo, uel flãmeo: atque huius, quas tergo gerit, alas locustæ similes dicit. Μάσακι ἐικάλιγκια. Quanquã enim Homero μάσαξ os significet & maxillam, παρὰ τὸ μάσσασθαι, hic tamen Nicãdro locustã esse Scholiastes uult. Est enim μάσαξ τρλύσημον. Pedasa, montana ualet, mõtis Pedasi proprio ad appellatiuũ translato. Locustæ inquit, montana & hederis uirentia loca peragrant. Scholia πήδασον montem faciunt. Stephanus de urbibus, πήδασα, Cariç ciuitatẽ scribit, monetque eam urbẽ per g scribendam πήγασα, non πήδασα, multitudinis numero τὰ πήδασα.

Atqui aduersus horum iacula & ictus remedia cõficere noui. Noui item, quo pacto ex montanæ bẽbicis aut apis uel solo aculeo, mors immineat, quãdo hominem circa aluearia, uel agros defatigatos infixo stimulo pupugerit, adeo ut studiose ipsa aculeũ suum in uulnere reliquerit. Porrò aculeus apis & uitam præbet & mortem, *Bembix, Apis. Bẽbicis et apis aculeus lætalis*

Insectorũ quorundã uenenatos aculeos nunc adducit, primũque bembicis, quod nigrũ corpore tradunt, aculeoque instar uespæ, cuius & Parmenion in Iambis meminit. Quod aculeus apis & uitã & mortẽ adferat, ad apes est referendũ. Nã apes relicto in uulnere aculeo, postea interit, tũ uitã præbet examini, à quo uim abegerit. Animaduertendum quod scholia api masculæ stimulũ, seu aculeatã proboscida tradant.

Compertum est quoque mihi, quæ patret iulus, neque non perniciosa uespa. *Iulus. Vespa.*

Iulus est spẽs uespæ, aut uermis, cui nomen multipedi, Græcis μυριόποδι.

Modicaque pemphredon, bicepsque scolopendra. *Pemphredon. Scolopendra.*

Pemphredon insectum est simile api. Falsò dicit, inquiunt scholia, bicipitẽ scolopendrã, reuera enim non est gemina caput. Cæterum ut Aristoteles tradit, sæpius retrorsum serpit, quod fit, ut speciẽ sui præbeat, quasi biceps sit.

Cuius euntis alæ, ut remi nauis, festinant.

Id est, ut naualia, seu remi nauis festinant & aguntur celeriter, ita duo scolopendræ capita mouentur. Vel quòd pedũ multitudine scolopendra, ut nauis remis agatur. Scholiastes.

Cæcam noui etiam mygaleen, quæ horribilẽ homini *Mygalea mus araneus.*

minibus perniciem adducit, ac ad rotas plaustri inter moritur.

μυγαλῆν τὴν ἐκ μυὸς καὶ γαλῆς γίνεσθ. Adfert Scholiastes Amyntã, qui mygaleen ex mure & fele nasci tradit. Et qa cæcæ sunt, ideo quũ improuide in rotas currus ceciderint, cõterunt.

Seps. Sepem item, corpore demisso exiguis haud dissimilem lacertis, declinabis.

Seps serpens est humilis & modicæ staturæ, lacertæ similis. Nomẽ habet à σήπειν. i. putrescere, quòd ij qui ab hoc morsi fuerint, putrescant.

Salamandra. Præterea salamandræ dolosus & semper inuisus morsus est, quæ per inextinctum adeoq; clare ardentem ignem iter faciens, indefessa citraq; dolorem per ipsum impellitur, neq; quicquam ardẽs ei flamma obest, uel rupta cute, uel membrorum summitate.

Salamandrã scribũt esse animal quadrupes, neq; cutẽ neq; squamas habens, breue, lacertæ in modũ, adeoq; simile terrestri crocodilo, cũq; frigidũ natura existat, ubi in caminũ inciderit, ignẽ extinguit, ipsum perseuerat inustũ. Ruptã aũt & porosam cutẽ habere dicit, q; per fractã ruptãq; salamandrę cutẽ sudor distillans, ignẽ extinguat. Per summa membrorũ, genuum membra indicat. ita scholia.

Præterea, quæcunq; maris profunditas fluctib' su

Murena is uolutat noui, inter quæ, murenæ hoc mirandũ factum: nam ea sæpius è uiuario prodiens, laboriosos piscatores in salum fugiẽtes, mordens è nauibus in ma

Amplificat Murenæ cum uipera mixtiõe re pronos deiecit. Fama est, si modo uera, murænam maris pascuo relicto, in continenti cum uenenũ eiaculantibus uiperis coire.

Ad maris iã uenenatas beluas, morsu hoĩes pimẽtes, murenã potissimũ & trygonẽ sese Nicander conuertit. Scholia Archelaũ adsentiri Nicandro dicunt, quòd muræna cũ uiperis coeat: Andreã uero id refellere, neq; murænã in terrã prodire, nec uiperã subire pelagi fluctus.

Trygon. Draco. Trygonem itidem maleficum, mareq; uastantem draconem arcere noui. Dolore autem sic hominẽ ad

ficit

ficit trygon,quum oblongis ſagenis,defatigatum piſcatorem aculeo ſuo ceciderit,uel etiam ramis arboris infixus fuerit,nam tũ arbor ea fit obſcurior ignobiliorq;.Siquidem ab huius morſu,ceu ſolis ęſtu,eius & radices perditæ,unà cum foliis flaccidæ reddunt & areſcunt:homini uero caro putredine imminuit. Ferũt quòd olim Vlyſſes,triſti marino tali ſtimulo pũctus,interierit. *Hiſtoria amplificat.*

Trygon marina belua,piſcatorẽ ſagena piſces deprehẽdentẽ aculeo ſuo lædens,& arborẽ à ſeſe tactã arefaciens:noxia ſanè belua,cuius contactu arbori folia,& ſuccus,& uigor decidant:cuius aculeo læſus homo,putredine corrũpitur interitq;.Animaduertendũ autem, quòd poeta Vlyſſem, quorundam traditione,trygonis morſu obijſſe recenſeat,inquiens:λόγοι γε μὲν ὥς ποτ' ὀδυσεύς. &c.

Aduerſus quorum omnium morſum, ægritudinemq; morſum inſequentem,antidota nunc morborum expultricia narrabo.

Phalangiorũ generibus ſeptẽ,ſcorpionũ octo,inſectorũ quinq;,reptiliũ minorũ quatuor, marinarũ beluarũ duobus hactenus expoſitis quo ad figurã & lætalẽ morſum,nunc antidota aduerſum illa, & ægritudinẽ contra,ab eorũ morſu artẽ ſubijcit,ut ſuprà in ſerpentũ generibus fecit.

Antidotum. I.

Sumito itaq; anchuſæ,lactucæ ſimilem cæſariem, aliàs quinquefolium,aliàs modicos bati flores. Itẽ arctium,oxalidesq;,ac late ſeſe in terra ſpargentẽ lycapſum,cicamiaq; & undiquaq;ſe extollentem ordilum, chamæpityn,& pha gi altum corticem tundes.

Simul autem caucalides & ſtaphylini ſemina metes ac trimithi nouum multiformem fructum. II.

Quinetiam miſce iam rubentem maris phucum ſeu algam,purumq; adiantum quod nõ madeſit plu- III.

uia: cuius foliis uel nymbo decidente, nec tantillum quidem humoris insidet.

IIII. Age nũc Smyrneum semper surgẽs, aut herbæ leu cadis eryngi'que spiceam radicem seca, ęqualiterq; cũ libanotide cachryn ferenti misce, neq; id abnuas.

V. Nec ad usum tibi absit multos rubos gerẽs ex omni parte graue papauer tam quòd parua quàm magna capita gestat.

Varia ex herbis antidota contra uenenatorum ictũ profert. Miram dei clementiã, qui miseris mortalibus tot aduersus intoxicationes & nocumenta, produxit è matre terra auxilia. Rem oĩm lachrymis deplorandam hominẽ, tantæ staturæ, roboris, & industriæ aĩal, à tantillo insecto, uel phalãgio uel trygone interire. Enimuero tanq̃ noluerit oĩm terrestrium aeriarũq; creaturarum parẽs tellus, aliquã ab alia perire, uarias easq; salutares herbas protulit, quibus mortaliũ genus, & contra hæc mala, & alia innumera in suo corpore surgentia, mederi posset. Primũ ergo anchusæ folia sumenda præcipit, quæ poëtica periphrasi θριδακίνην χαίτην appellat, quòd sint lactucæ folijs similia anchusæ folia. In superioribus duo anchusę genera ex Dioscoride ostensa: Alterius aũt anchusę uires esse has, ut morsis à uenenatis prosint, constat.

Anchusa. Verba Dioscoridis sunt. δύναμις δὲ αὐτῆς καὶ τῶν φύλλων θηριοδήκτοις βοηθεῖν. μάλιστα δὲ ἐχιοδήκτοις ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα καὶ περιαπτόμενα. κἂν μασσώμενός τις εἰς τὸ στόμα τοῦ θηρίου ἀποπτύσῃ, ἀποκτενεῖ αὐτό. i. Vires sunt lactucæ & folijs eius, à bestijs uenenatis percussis opem ferre, potissimũ uero à uipera morsis, si edantur & bibantur uel alligentur. Quod si quis ea mandens dẽtibus, in os uenenati expuerit, morietur illud.

Quinquefoliũ. Quinquefoliũ poëta πεντάπετηλον appellat, uersus causa: alioqui Græcis πεντάφυλλον dicit̃. πέταλον enim & φύλλον sunt synonyma. Dioscorides uulneribus folia huius mederi testatur.

Βάτος, sentis. Baton, Latini sentem, rubũ, seu mora Vaticana dicũt, presteris morsibus succurrit, inquit Diosco.

Arctium. Arctium alij arcturon uocant, cuius uanæ uires à Diosco. li. 4. numerantur.

Oxalis quarta rumicis species numeratur à Dioscoride in ca. de Lapatho uel rumice. Oxalis, inquit Schol. appellat̃ aliâs etiã oxilapolis & anaxyris. Videãt hic ῥιζοτόμοι an'ne lycapsus & lycopsis idẽ sint. Interpres ideo ὁρμενόεντα à poëta dici lycapsum ait, ceu ἀπὸ τοῦ ὁρμῆς, hoc est, ab impetu latius eundi, & quod in terra sese spargat, inq; altum assurgat. Vt interpres certe Nicandri lycapsum, & Dioscorides lycopsin descrĩbit, apparet eandem herbã esse. Sonat aũt λύκοψις, lupinum aspectũ, lupi faciẽ: λύκαψ & lupi compagẽ. Ordilum semen quoddã est, oleri simile, uel olere onustum.

Cicama, Hesychius habet cha Cicama, inquit Hesychius, olus est cauli non dissimile.

Cha

Chamæpitys terrestrẽ pinum sonat. Romani hanc cupressinã, Virg. Marcello autore, & thus terræ appellant. Vtunẽ hac, Diosco. teste, in Heraclea Pontica, pro antidoto aduersus aconitũ, huius decoctũ propinantes. φηγός, phagus, nomẽ habet παρὰ τὸ φαγεῖν, à uescendo, q huius fructu ante panis usum homines uescerent. Caucalis olus est salsuginosum, cuius meminit Chrysippus in lib. quẽ de oleribus scripsit. Staphylinũ agrion, Romani pastinacã rusticã uel carotã appellãt, autore Dios. Aduersus uenenatorũ & morsus & plagas pota ualet, eodẽ referẽte. Trimithon Interpres arborẽ esse terebinthũ adfirmat, cuius fructus uaricolor. Phycon thalassium, Romani phycũ marinũ & algã maris dicũt. Nicander, inquit Diosco rides, puniceũ phycũ aduersus uenenata ualere dicit. Quo loco & aliis satis indicat Diosco. q diligenter sit in Nicandro uersatus. Adiantũ, quare sic appelletur, quasi inirrigabile, Nicander & scite & elegãter docet, quod ἄχραις poëta i. purũ & impollutũ etiã uocat: Interpres callitrichon & polytrichon & hyppomanes q dici testat, cui & Diosco. astipulat, qui addit, hãc à Romanis cincinnalem, terræ capillum & supercilium terræ appellari, a q uenenatis aĩalibus percussis succurrere, & emplastri modo, plagis uenenatorũ imponi. Smyrneũ simile est, inquit Interpres, magno apio, quod hypposelinon appellatur, Smyrneũ παρὰ τὴν σμύρνην. i. à myrrha, quã odore æquiparat, ἠδὲ ῥίζα πινομένη ἑρπετοδήκτοις ἁρμόζει, Dioscoride autore. Eryngi natura suprà percepta est. Nescitur, inqt Scholiastes, de utra hic leucade loquat, adducens Antigonũ, qui λευκάδα σομον habeat. Dioscorides duo genera leucadis facit, alterã montanã, alterã satiuam: Montana efficacior, inquit, est satiua, quæ asperiorem, acerbiorẽ, orisq sapori minus gratũ fructũ. Emplastri mõ utraq leucas imposita, uel ex uino sumpta, ualet aduersus nenenata, potissimũ marina. Libanotis duorũ generum est. Fœcundæ fructũq cachryn ferentis, libanotidis radices cum melle ulcera purgant, καὶ θηριοδήκτοις ἁρμόζουσι σὺν οἴνῳ πινόμεναι. De cachry iampridem dictum. Papaueris, quod multis rubis circũfusum & graue dicit, duo sunt genera secundũ Nicandrum: qui alterũ thylacida, alterũ ἐπιτύλιδα appellat. Scholia alterũ minores utriculos in quibus semen, appellaturq θυλακίς, alterũ maiora capita gestat, cui nomen facit ἐπιτύλιδι. Dioscorides tria genera recenset, lib. 4. ca. περὶ μήκωνος ἡμέρου.

mepitys. *Caucalis.* *Staphylinum.* *Trimithos* *Terebynthus.* *Phycus marinus.* *ἀδίαντον.* *Smyrneum.* *Eryngium.* *Libanotis.* *Cachry.* *Papaueris duo genera.*

Abscinde item prægnantem sylucstris ficus clauã aut ipsos caprifici coccygas, qui ante alia poma aliosq; ficus incurui, florentes apparent. *Vlu*

σὺν δὲ κράδης κυέουσαν ἀποτμήξαιο κορύνην. κράδην, inquiunt scholia, agrestem ficũ, quæ apud Persium caprificus dicit, appellat. Per clauam prægnantẽ, nondum repletos, & ad cõsummatam magnitudinem perductos ramos intelligit. ἢ αὐτοὺς ἐρινάδος κόκκυγας. Aut sume inquit, ipsos caprifici coccygas.

gas. ἐρίνε᾽ hoc loci & ἐρινὰς diminutiua forma, caprificũ significant. Sed quur coccygas caprifici, scholia illud explicant: Grossas, inquiũt, ficuum coccygas appellat, quod uerno tpe prodeũte coccyge, appareant: ergo per κράδην & ἐρινάδα apud Nicandrũ idẽ significatur, iuxta mentẽ Interpretis, satisq; claret ex ipsis Nicandri uerbis. De ficubus maturis Dioscorides: ὀπὸς τῆς ἡμέρου καὶ ἀγρίας συκῆς, σκορπιοπλήκτοις καὶ τῆς πληγῆς ἐπισταζόμενος, καὶ ἰοβόλοις καὶ κυνοδήκτοις βοηθεῖ.

VII. Sumito item pyracantham, phlomiq; masculi flo rẽ, quibus æqualiter misceto ægilypis, chelidoniiq; fo lia, dauceum etiam unà cũ radicibus bryonidis, quæ & ephelin, & fœmineo corpori inuisam leucen, abster gere & curare consueuit.

Pyracantha. Pyracantha herba est, quã aliàs Græci scolymon, Aegyptij cnus, Rom. strobilum: &, ut Virgilius Marcellus autor, carduũ dicunt, cuius descriptionem apud Diosco. est cernere. Phlomum Latini uerbascũ & fœminalem uocãt, cuius duas species Theophrastus recenset, ut Schol. quæ tamẽ secundũ Crateuã sint inter se diuersæ: altera enim habet folia similia fœniculo, lõgiora & subtiliora: altera similia coriãdro: de cuius uirtutibus & hãc Dioscorides numerat, quod τοῖς σκορπιοπλήκτοις βοηθεῖ. Quã ægilypon uocat Ni cander, an sit quam cæteri ægilopa, Romani auenam dicãt: harum rerum gna-

Aegylops. ris iudicandum relinquimus. Chelidoniũ herba est, quæ aduenientibus hirundinibus prodit, & uiret: abeuntibus eisdem, marcescit, autore interprete & Dioscoride: unde ab hirundinibus, quas Græci χελιδόνας appellãt, χελιδώνιον, quasi hirundinaria dicitur. Daucium, quã alij Daucum, uocat. De quo Dioscorides: ἁρμόζει δὲ καὶ φαλαγγιοδήκτοις ποθὲν σὺν οἴνῳ. κρητικοῦ δὲ ῥίζα μάλιστα πρὸς τὰ θηρία πίνεται μετ᾽ οἴνου. Bryoniæ herbæ uires ipse exponit, dum aduersus ephelin & leucen, quæ species sunt ægritudinũ: ἔφηλις, lepræ species: leuce alterius mali. ita interpretatur Scholi. Bryonis aũt diminutiuũ est, bryonia aliâs nominatur. Dioscorides uitem albã & nigram bryoniã quoq; nominari lib. 4. ca. 176. & 177.

VIII. Folia peristereonis etiam admisce.

περιστερεῶντα πέταλα, folia peristereonis. Vocatur περιστερεὼν quasi columbaria: Nã περιστερὰ colũbã significat, quod fissis folijs crescat, quę pedũ columbarum non sint dissimilia. Dioscorides duas huius species numerat, peristereona rectum, peristereona supinum. Interpres Virgilius Marcellus, uerbenacã rectam, uerbenacam supinam uertit.

IX. Aut ramos stringe execrationes arcẽtis rhamni: sola enim illa ieiunis data, ab hoĩbus interitũ repellit

Rham-

Rhamnus frutex eſt, quem ἀλεξιάρλω uocat, nedum quòd à ſerpentibus morſos ſeruet, ſed quòd aduerſum præſtigia & effaſcinationes & dæmoniorum apparitiones faciat. Vnde & pro foribus in uictimis & ſacris eam ſuſpendũt, cuius Euphoriō & Sophron meminere. Scholia. Eius tres ſpecies Dioſcorides. li. 1. ca 104. ſcribit. Rhamnus.

X.

Præterea parthenii recens decerptos ramos, corcorum item, aut petalitin cũ Lemnia milto ſępius ſtringe, quæ omnis mali eſt propulſatorium quoddam. Corcorũ uile olus eſt.

Parthenium eſt helxine, iuxta mentem Interpretis. Porrò Dioſcorides inter multa huius herbæ nōīa, parthenion etiā collocat. Helxinen, ingt, alij elitē, alij canocerſæan, alij amelxinē, alij eu ſinē, alij amorginē, alij ſucotachos, alij pſychuacos, alij melampelon, alij cittampelon, alij ciſſanthemon, alij anatetamenon. Romani bulutulalaparu. Aegyptij, hapap, alij parthenion, alij ſideritin. Quidam Heracleam, quidam agrian, quidā clibodion, quidam polyonymon, uocant. Parthenium.

Petalitis ceu foliatā dicas, à πέταλον quod folium ſonat, iā quū πέταλον & φύλλον ſint ſynonyma, herbā intelligit quā Deoſcorides phyllitin uocat. Petalitis.

Lemnia miltos, eſt minium. Lemnium, uel rubrica Lemnia, uel terra Lemnia, de qua ſic Dioſcorid. δύναμιν δὲ ἔχει ἀντιδότου θανάσιμον φαρμάκων ἔξοχον πινομένη σὺν οἴνῳ. ἁρμόζει ἢ καὶ πρὸς τὰς τῶν θανασίμων ἰοβόλων πληγὰς καὶ δήξεις. &c. Lemnia terra.

XI.

Iam & agreſtis cucumeris amaram radicem ſecato. Quin & uentrem mœrore grauem bene muniti paliuri fructus ultus eſt, & iuuit.

σίκυς cucumis. τὰ φύλλα αὐτοῦ, inquit Dioſcorides, σὺν οἴνῳ καταπλασθέντα κυνόδηκτα ἰᾶται. Paliurus frutex eſt ſpinoſus, cuius inter commoda illud q; quod numeratur à Dioſcoride, quòd morti ob infixum uirus obnoxijs, ac uenenatorum morſibus, ſuccurrat. σίκυος, cucumis. Paliurus.

XII.

Idē facit ſpinas producēs coma, recētesq; orobāchi.

Ακανθοβόλος χαίτη, eſt periphraſis poetica, qua ſpinam ſignificat, cuius etiam frondes ſunt aſperi & ſpinoſi. An ſpinam albam intelligat, peritiores dijudicent. Certè Dioſcorides huic tribuit, quòd uenenatorum morſibus ſuccurrat. Orobanche coliculus eſt, qui quia inter legumina ortus ea creditur ſtrangulare, nomen inuenit, quaſi erui angina, ὀροβάγχη, Dioſcoride authore. Quòd ſi quis propterea orobanches diuerſum eſſe putet, quòd Nicander multitudinis numero, maſculino ſexu tertiæ declinatiōis uſurpet: oribanche autem à Dioſcoride fœminino, i ſimplici proferatur, multas alias herbas, quas aliter, atq; Dioſcorides Nicander effert, diuerſas iudicabit. Quid alienius à terebintho quàm trimithos, & Interpres tamen

i terebin-

terebinthum esse monet, idem hic nouos orobanchos hæsitat, an'ne uel ad sequentem uersum σίδλυς, referre debeat, uel ab eo seiüngere: putatq; malorum punicorum frondes esse erobanchos, quas cytinos appellari Dioscorides tradit. Cęterum quod ad insequentem uersum incommode aptetur orobāchi isti, disiunctiua δὲ, facit quur credam. Sin quis Interpretem sequutus, malit traducere orobanchos ad sequentem genitiuū σίδλυς, p me ei liberum erit. Sed enim, quum poëta σίδλυς δὲ ait, nouam sententiam, & à prioribus seiunctum antidotum orditur. Ego hūc uersum per zeugma intelligo: Spinæ albæ folia faciunt ad uenenatorum ictus, & recentes orobanchi itidem animalium uenenatorum morsibus succurrunt.

XIII. Recipe etiam mali punici hysgino similia ueluti cæcutientia ceruicem habentia germina, ubi albi undiq; flores rubescunt.

Germina ceruicem habentia, cæcutientiaq; ceruicem tenentia, sunt summi rami, extremæque frondes quæ folia tenuere, quas cytinas Græci uocant: quos αὐχενίους, quasi (liceat ita mihi dicere) collares, uel ceruicales, longam ceruicem gerētes pullulatiōes: quæ apertis ueluti oculis sunt, dum folia & frondes retinent: paulopost cæcutiunt & clausos oculos habent, dum eis folia deciderint: atq; per hanc periphrasin & metaphoran nihil aliud agit, atq; quod mali punici pullulascentiam germinationē q; intelligat, ut scholia monent. Per ceruicem habentia germina, id est germinantes ramulos intelligit, e quibus postea flores prodeunt. ὁλόχους αὐχενίους .i. totas summitates, & summos ramos, qui quemadmodum ceruix caput, sic cytonos suos gestauere: ab ὅλον & ἔχω. ῥόα est arbor & fructus mali punici. κύτινοι sunt frondes, σίδιον cortex, ut est apud Dioscoridem.

XIIII. Interdum hyssopus & multos angulos habēs onosis, foliaq; Telephii, nouusq; in palmite botrus, aglithes dehinc, unà cum fructu in montibus nascentis coriandri prosunt. Vel salubria teneras frondes habentis conyzæ folia.

XV. Sępe etiam nouum piper tundens uel nasturtium Persicum, æqualiter miscens.

XVI. Quin floribus cumulatū pulegium, strychnum, γλήχων. atq; sinapi te malo adfectum & ueluti exanimem, uictumq; seruare queāt.

Hysso-

Hyssopus duplex, montana & hortēsis, ut Dios. Adijcit Interpres similē esse herbā συμφύχω. Quum onosis nec apud Diosco. occurrat, nec Nicādri Interpres huius mentionē faciat, interim accipiendū quòd Hesychius annotauit, Onosin esse leguminis speciem: tametsi Hesychius in penultima o scribat, ὄνοσις Nicander ω, ὄνωσις. At quū poetas in syllabarũ mensura oporteat esse semper oculatiores, ausim ferè dicere, Hesychium Nicādro orthographia debere assentiri: quanq̃ facile accidere potuerit, ut librariorū incuria dictio ista per o paruū ubiq; sit exarata: sed hæc eruditioribus iudicanda relinquo. Ego interim ista malo sentire, q̃ quòd dicā poetā per ἔκτασιν o in ω mutasse. Consimilē ad modū cū τῷ ὄνωσιν πολύγωνον dicat penultima per ω, ab angulo malui deducere, quē γωνίαν, quàm à γόνυ, quod genu dicunt Græci: quū non possit esse propriū herbæ, quæ πολύγονον, uel πολογόνατον aliàs appellet. Nā etiamsi ἔκτασις admittatur hoc loci, πολύγωνον pro πολύγονον legēdo, prohibet tñ necessaria τῶ πολύγων© cū ὄνωσις cōstructio: quādoqdē oporteat hic epithetō, nō propriū eē, nisi appellatiue accipiat onosin geniculatā esse, & multa genua nodos'ue habere. Telephiū, alij agreste sedum, alij agrestem portulacā uocant. Romani, illecebram. Aegyptij, anoth: Aphri atirtopuris. Dioscorides. Νεόντ' ἐν βότρυσι κλῆμα. Sume etiā, inquit, nouū in botris palmitem. Hypallage est: nā palmes non est in botro, sed botrus in palmite. Vel, botrus nō palmitē producit, sed palmes botrū.

Hyssopus. *ὄνωσις.* *ὄνοσις.* *ὄνωσις.* *τηλέφιον.* *ἀείζωον.* *ἀνδράχνη.* *κλῆμα.*

Aglithes, spicarũ in allio diuisionem significat, id quod Dioscorides in alij descriptione docet: καλοῦσι δὲ τὰς ἐν αὐτῷ ῥάγας ἄγλιθας. Coriandrū notū est. Græci κόριον & κορίαννον appellant. Conyzen, (de qua suprà) λεπτόθριον. i. tenera folia habentem nominat. Cardamon Latini nasturtiū uocant, Nicander Persicū adijcit, ad differentiā Babylonij. Pulegiū, quod Romani sic uocant, Græci glechona, quidā βλήχωνα mutatis literis, à balatu: βληχᾶν, enim balare est, quòd à pecudibus gustatū, quū floret pulegium, balatū in eis q̃primum concitet, authore Dioscoride. Strychni quatuor species numerant à Dioscoride ca. 69. 70. 71. & 72. lib. 4. Latinis est solanum.

ἄγλιθες. *Coriandrum.* *Conysa.* *Nasturtium.* *Cardamum.* *Glechon.* *Strychnus.*

XVII.

Sumito uiride præcipuum porrum, & interdum nociuum urticæ semen, qua ludere solent pueri, ac scyllę pariter niuale caput, aridaq; bolborum semina, & coliculum herbæ, cui idem cum dracone nomen, fruticosæq; rhamni asparagos, & quęcunq; agrestes pinus, in syluosis uallibus protulerunt.

ἀγρεῖ καὶ στρατίης χλωρὸν πράσον. Quod si uertas, ita sonabit: Recipe uiride militię porrum. Iam quid militiæ cum porro cōmune? Nisi per metaphoram pro forti, pro pugnaci accipias: ueluti indicare uelit, quòd sit melius porrum altero quod ἀμπελόπρασον appellatur. Enimuero durior æquo esset ta

lis apud iſignem poetã metaphora. Nã ſi pro Arcadiæ urbe στρατίη accipiat, cuius Stephanus & Homerus in catalogo nauiũ meminere, neſcio qd abſurditatis ſequetur: quũ em̃ porrum ubiq; gentiũ naſcatur, cur ſolum porrũ Stratiũ adduceret? quanq̃ ſuprà naſturtiũ Perſicũ Babylonio præpoſuerit. Porrò cũ duæ ſpecies porri numerent, & utrũq; ſit theriacon ſiue aduerſus uenenata ualeat, eſt cur nihil piaculi admitti credã, ſi legatur: ἀγρῆς ἢ, σταφυλῆς χλοερὸν πράσον: accipe uiridẽ uuæ porrũ: quaſi poetica periphraſi, ampeloprasum porrum quod in uinetis naſcatur, intelligere uelit: quanq̃ καυφαλῆς etiam legi poſſet conſimili ratione, pro capitato porro. Sed nolo temere optimi autoris uerſum alterare, citra exemplaris alterius ſuffragiũ. Eruditiores hæc æqua lance trutinabunt. κνίδη, alias etiam ἀκαλύφη Græcis dicitur, urtica eſt, qua pueri ludere ſolent, urere ſeſe mutuo urtica tentantes, hoc eſt quod ait, ἥτ' ἐπὶ ἴν ἔπλετο κόροις. Scyllæ niuale caput dicit, etem̃ ſcylla herba frigidę eſt uirtutis & efficacię, uel inſtar niuis alba: ſcyllæ em̃ fœminæ caput albũ eſt. Per ſicca ſemina bolbo℞, ſemina ſcyllæ accipit, nã multo membrana℞ amictu contecta ſcylla intra tunicas, ueluti in tenebris & caligine ſemina condit. Scholia. Caulem draconis &c. Herbã cũ dracone idem noĩs ſortitam, dracunculũ uocat, τὸ δρακοντίῳ. Eſt aũt dracũculus, quẽ Latini colubrã uel ſerpentariã dicũt. Dioſcorides dracunculum maiorẽ & minorẽ recenſet. Aſparagos hic non herbã, ſed germina, quæ aliarũ quarundam ſint planta℞, uocat. Rhamni Thamyntidos, aſparagos, Thamyntidẽ rhamnũ à loco fortaſſe Thamynto, niſi legendũ ſit θαμνίτιδ@ à θάμν@, quod frutice ſonat, θαμνίτης quaſi fruticata, ut ita dicam. Nã etiãſi à θάμν@ θαμνώδης fruticoſus ſit, nihil prohibebit θαμνίτης etiã inde deduci, ſicut à πέταλον πεταλίτης. Quũ ſcholia em̃ ſileant, diuinandũ interim eſt in huiuſmodi locis. Niſi em̃ locus ſit Thamyntus unde rhamnus Thamyntis dicatur, uel à θάμνῳ .i. frutice θαμνίτης, non uideo quõ ſit hic locus intelligendus, libere'q; meæ inſcientiæ teſtimoniũ dico.

κνίδη, urtica. *Scylla.* *Draco uel dracunculus.* *θάμν@. θαμνιτίς.*

XVIII. Porrò fortis herbæ uiridem radicem, uenenato ſcorpii aculeo ſimilem reſecabis, uel ſidas pſamatheidas, quas terra educat, & Copææ, iuxta paluſtrem aquam enutriuerũt, qua parte Schœnei Cropiq; aluei & fluxus feruntur. Adiicias etiam quæcunq; ad Indũ fluxum non parum murmurantis Choaſpi piſtacia amygdalis ſimilia cum ſuis germinibus uident: caucalides item, unà cum calentibus ſtypticiſq; myrtis. Stipulas horminii ſimul & muſcoſi fœniculi, & ſylueſtris

erebin

erebinthi semina, cum uirentibus fruticibus salubriter adiicies,& baryodmen herbam.

Grauiolens & priũ herbæ.

Fortis herbæ &c. Scorpiuron, aduersus scorpij morsum salubrẽ herbã, periphrastice intelligit. σίδην iter atq; iter supra poeta usus,& pauloantẽ pro malo punico, hic uero Interpres semel sidam describit, qualis sit, & ubi crescat, id quod libet hic simul subijcere: Sida, inquit, planta est, quę secundum Theophrastum iuxta Orchomenũ nascitur in aqua, radicem papaueris similẽ ferẽs: habet & rubentia grana, ista mali punici, sed rotũdiora. Psamatheidas aũt dixit à Psamathe in Bœotia loco, uel fonte. Vel scribendũ est, ἀμαθηίδας. i. arenarias, ἄμαθον em̃ arenã iuxta flumina, ψάμαθον arenã iuxta mare dicũt. Est aũt persimile malo punico germen, aiuntq; cibo nõ inidoneas sidas. κωπαῖναι Bœotiæ ciuitas, quæ & κῶπαι dicit. χοινεὺς & Cnopus ambo sunt fluuij Bœotiæ. Est autem Cnopus qui aliàs Ismenus, q' sic ab Apollinis filio Cnopo dictus est. Quin & locus ĩ Bœotia est, per quem Ismenus fertur. Choaspus Indiæ fluuius. De pistacijs Dioscorides hæc tradit: Quæ in Syria nascuntur pistacia, inquit, nucleis pinuũ sunt similia, stomacho cõmoda, succurrunt à serpentibus morsis, siue manducentur, siue è uino intrita seu concisa bibantur. Iam quod ἀμυγδαλοειδῆ uocat & Dioscorides στροβύλοις ὅμια, uariãt inter sese. Cæterũ hæc medicis naturæ interpretibus enucleanda dimittemus. Caucalides pistaciorũ cortices appellat, uel alterius speciem herbæ. Scholia. Quid herbæ caucalis sit, in superioribus explicatũ. Per myrta fructũ myrrhæ accipit. Orminiũ Romani geminalẽ uocant, duas eius spẽs, alterã satiuã, alterã syluestrẽ Dios. habet lib. 3. ca. 136. Erebinthũ Romani cicer uocant. de cuius generibus Dioscorides lib. 2. cap. 95.

Scorpiurus. σίδαι quid, & ubi nascatur. Psamatheis. Copæ. Schoineus. Cnopus. Choaspus. Pistacia. Caucalis. Myrta. Orminium. Erebinthus.

XIX. Ad hæc sisymbra sunt morborum & ægritudinũ demulcimenta, ac iuxtà recens meliloti corona. Et quæcunq; alba laxæ œnanthes folia pastores conterent. Et quæcunq; intra suum semen tenue augescũt, nimirum lychnis, rubens thryallis, rosæ & uiolæ. De mete similiter polygonum ab hirsutis suis ramis, tũ psilothrum,& fructum, multum deplorati Hyacinthi: quem Phœbus profectò luxit, quando inuitus adolescentem primę pubertatis Hyacinthũ ante Amyclæum fluuium deprehendens occidit, quum discus

Amplificat fabula poetica. Hyacinthi fato.

i 5 lapide

lapideus abactus temporibus pueri incidẽs, extremã ei cerebri & cranii membranam frangeret.

Sisymbrium. *μελίλωτον.* *Sertula Campana.* *Oenanthe.* *Lychnis.*

Sisymbrij duo genera numerat Dios. prius alij serpillũ, alij Veneris coronã, Romani austeralẽ uocant. φύλλα ἐπὶ πλάκασι πρός τε σφηκῶν πληγὰς καὶ μελιττῶν. ca. 117. lib. 2. Melilotũ Romani eodẽ noie dicunt, & aliâs sertulã Cãpanam nominant, cuius descriptio est apud Dio. l. 3. c. 43. Quod poeta recẽtem meliloti coronã dicit, florẽ eius croceũ & odoratũ intelligit, quo sese ornarunt aliqñ Attici, Cyrici & Chalcedonij, apud q̃s probatissimũ nascit. Oenãthe, Latinis labrusca uitis est. βρύα οἰνάνθης, hic folia labruscæ accipit.

Lychnidos duæ sunt spẽs, altera stephanomatice. i. coronaria, quam Romani genicularẽ uel bellariã, altera lychnis agrestis, quã Romani agreste intybũ uel serin uocant: utraq; scorpionũ ictibus medet iuxta Dios. Nicandri Interpres ἀγρίαν λύχνιν intelligi monet. Thryallis herba est, è qua lucernarũ funalia fiunt Hesychio referẽte. πολύγονον sanguinalẽ Latini appellãt: duæ eius spẽs, altera mascula, altera fœmina. Mascula succurrit uenenatorũ morsibus cũ uino pota, autore Diosc. ψίλωθρον herba est, quæ & carcinothron & clema appellatur, ut Scholia. Hyacinthus herba est, cui nomẽ factũ ab Hyacintho Amyclæi & Diomedis filio, perinde ac ipse Nicander etiã adijcit, qui Apollini adeo uehemẽter cordi fuit, ut & colluderet & simul cum eo sese exerceret corporis progymnasmatis Apollo: unde cũ disco luderent, Apollo proijciens discũ, inuitus occidit longè sibi dilectissimũ puerũ, ibiq; ex sanguine herba enata est, cui fecit nomen Hyacintho.

Thryallis. *πολύγονον.* *ψίλωθρον.* *Hyacinthus.*

Solus. *Discus.*

Solus lapis est, qui & discus appellat, quo in Olympicis ludis, & reliquis Græciæ spectaculis, inter ludorũ & certaminũ gña, ut est uidere passim in Pindaricis: quẽ Vlysses etiã apud Alcinoũ regẽ iaculat. Scholia in Iliad. ψ. discrimen faciunt: διαφέρει δὲ σόλος καὶ δίσκος. ὅτι ὁ μὲν δίσκος πλατύς ἐστι, καὶ κοιλότερος. ὁ δὲ σόλος στρογγύλος καὶ σφαιροειδής.

XX. XXI.

Tuq; trifolium opiq; lachrymas mitte, tribus obolis suum pondus iustum habentibus æque librãs. Vel serpillum cornubus simile, sæpe etiam crethmũ, aut cyparissum herbam decerpens, ac unà cum istis anesum, Libycasq; radices potui intere. Quę tu omnia æque in unum aliàs mixta, aliàs seorsum terens in poculum, bibes: potes autem uel cum aceto miscere, sæpe cum uino, uel aqua, prosunt etiam in lac intrita.

τριπέτηλον uel τρίφυλλον, trifolium esse è superioribus tenemus. Opi Cyrenaici

naici succum Interpres, per lachrymas opi intelligit. Herbæ hic nomē esse apparet. Liquor silphij seu laserpitij, liquor Cyrenaicus est, ut in 4. ixiæ antidoto Alexipharmacorum est uidere.

ὀδελοῖς pro ὀβελοῖς, ut in superioribus uisum, Doricū. Crethmus, oleris species, ut Scholia. Dioscoridi, Plinio & Hermolao batis est. Anisum contra quæ ictu morsu'ue uenenum relinquunt, accommodatum esse Dioscorides testat. l. 3 ca. 58. Per Libycas radices silphium quod in Libya exuberat, intelligit.

ὧν σὺ κὸ τ' ἀμμίγδην. Quæ tu omnia. Hactenus uariarū herbarū, fruticū & arborum species, aduersum uenenata minime inutiles, enumerauit, uariaq; antidota ex ijsdem conficere docuit. Cæterum nondum, quo pacto uel conteri, uel sumi debeant, præcepit. Hic generalem institutionem adijcit: Singulas prædictas herbas, uel sigillatim aliâs usurpari posse, uel aliâs in unum mixtas, ea ratione uidelicet, quòd τῦ κιλίβῃ, hoc est in poculū pastorum uel aliud interantur, exq; eo admixto uel aceto, uel uino, uel aqua uel lacte, bibantur.

Sin te iter conficientem, uel siccis nemoribus grauis uenenati ictus deprehendat, celeriter assequat, statim herbas tibi obuias quasdam, uel semen apud semitas uirescens, maxillis tuis mandas, expresso uero & reiecto succo, semimanducatam conuiuii seu cibi interturbationem, plagæ tuæ apponas, ut calamitatē & perniciosi animalis fatum, seu mortem à uenenati animalis morsu tibi imminentem, effugere queas. *Antidotum 1. pro uiatoribus qui à uenenatis læduntur.* Θωρὸς.

Quid ei faciendum, qui dum uiator nemus transit, & interim à uenenato læditur: is inquit obuiam statim uel qualemcunq; herbam uel semen decerpet, dētibus masticabit, exputoq; succo, masticatum ipsum reliquū recenti uulneri imponet, & proderit.

Præterea æreum cucumerem lætali uulneri admoueto, ut uenenum, & sanguinem simul omnē coagulatum extrahas, adeoq; plagam eo uacuam reddas. II.

Σικύαν χαλκήρεα. Cucumerem quidē σικύα significat, cæterum ne qs Cucumerem pomum intelligat adiecit χαλκήρεα, instrumentum ergo ferreū, uel cultellus est hoc loci συκία, qua chirurgici cruorem & saniem è uulnere extrahunt & excindunt. Secundum ergo antidotum, quo docet cruorē & saniē instrumento uel cultello chirurgico, extrahendā excindendāq;.

Vel si

III. antidotum Vel ficus lactium liquorē ſuccum'ue inſpergito.

IIII. Aut ferrum ardenti camino ignitū factum, in pectora ſiue in medium uulneris iniice.

Quartum eſt antidotum chirurgicum, quo candens ferrum uulneri admouendum præcipit. Per pectora autem, uulneris medium μεταφορικῶς intelligit.

V. Aliàs paſcentis capræ pellis uino plena proderit, tum ſcilicet, quum uel talum uel manum cæciderit uenenatum. Fortiter autem medium tuum cubitum uel talum uel plātā pedis intra utrem tenebis, adeoq; manus caprino uaſe illo circunligabis, uſq; dum uini uis & efficacia dolorē ex corpore ſeu plaga extraxerit.

Paſcentis capræ pellis uino plena, poetica eſt utris è caprina pelle facti periphraſis, quem ſtatim ſubinde ἀσκοδέτην appellat. τημοῦτος compoſitum eſt ex τῆμος & οὗτος. tantum ualet quantum τηνικαῦτα, ſibiq; mutuo correſpondent, τημοῦτος ἐπήν. i. tunc quum.

βουβῶνες inguina apud Lucianum ſignificat: hic podicis tumorē, uel abſceſſum circa inguina & quaſcunq; corporis parteis Interpres Nicandri proprie de fœmoribus accipi, & κατ' κατάχρησιν manus ſignificare ait.

Saturabis etiam hirudines, uulnere ipſo paſcens

VI. Vel ceparum liquorem inſtillabis. Aliàs uini uel aceti fecem unà cum caprino fimo miſcens, uulneri cum recenti fimo impones.

πύραθος ἢ πάθος ſynonyma ſunt monente Scholiaſte, quum dicit Nicander, ἄλλοτε δ' οἴνης μίγδην ἐν πυράθοισι χέας ζύγα φυρήσασθαι ἢ ὄξους νεχλεῖ δὲ πάχτω ποδὶ τύψιν ἐλίξαις Tametſi hæc quæ pro uiatoribus adiecit, diuerſa eſſe appareant, ut certe ſunt, Nam qui hirudines admouerit, non habebit opus utre caprino: Sic qui caprinum fimum cum aceto impoſuerit, non habebit opus ceparum inſtillatione, mea quidem ſententia, tamen Scholiaſtes ſic omnia, ueluti omnia ad unam ſint uſurpanda plagam, ſic colligit & in unum redigit faſcem. Summa, inquit, & ſcopus omnium ſuperiorum talis eſt: Cucurbitula ſanguinem extrahe, ficiq; lacteum ſuccum in uulnus inſperge, ferro plagam adure, utremq; percuſſæ parti circumliga, cæparū liquorem inſtilla, uini & aceti fecē, recenti caprino fimo admiſcēs, turba, & impone. Adijcit aliud antidotum Interpres, quod ſubſcribere nō ab

re

reuisum est. Id quoq; scitu dignum, inquit: Quòd si quis uinum cineri candenti infuderit, conturbaueritq;, & uulneri deinde imposuerit, sanabit percussum.

Tum uero antidoto aduersus omnia mala parato, tutò confidere poteris, quando has simul omneis herbas tua manu tutuderis. Sint ergo tibi præsto aristolochia, iridis nardiq; radices, unà cum aridis pyrethris: daucium saluberrimæq; bryones & laxæ recens effossæ glycysides radiculæ. Puluerem item ellebori nigri, admixta æqualiter spuma nitri, simul cuminũ infundẽs conyzęq; germen, ęquo põdere agrestis uuę admixto cortice, ęqualiter item lauri baccas, cytisum tritamq; chamelen, equinum lichenem & cyclaminũ colliges, recẽtis etiam papaueris liquorem, agniq; semina, & cinami adiicies, & balsamum pariter cũ sphõdylio, marisq; plenam cymbam, ęque admixtis coagulo & cancro, cæterum hic sit leporinus, ille in sinu osis fluminibus commoretur. Atq; illa quidẽ omnia in concauitatem proiiciens ampli mortarii, lapideis contere pistillis. Ac protinus super sicca succum fundens, simul commisce beneq; tempera. Faciasq; inde rotulas drachmæ pondere, ad trutinam harum pulchre mensuram, æque trahens apparansue. Dehinc rotulas istas in duas cotylas repone, uino rursum cõterens, usurus quando fuerit opus: non immemor iuxtà eius qui hęc tibi Theriaca cõscripsit Nicandri, quẽ Clari uiuale oppidum educauit.

Antidotum aduersus omnia uenena generatim ualens postremo subijcit, ex uariarum rerum mistura, herbarum, radicum, seminum, animalium crasi. Proinde aristolochiæ & iridis in superioribus facta mentio.

Nardum alteram Syriacam, alteram Indicam est uidere apud Dioscoridem capite 6. lib. 1. Chalbanen suprà perspeximus. Pyrethron herba est quã alij doricnion, alij pyrinon, alij pyrotõ, alij pyrothrũ, alij arnos: pyritẽ Romani saliuarem dicunt, ut refert Dioscorides lib. 3. cap. 78. βρυώνην, suprà βρυωνίδα nominauit. Glycysidé, Pæonia est Dioscoridi lib. 3. cap. 148.

Bryone. βρυωνίδα.

De nitro & spuma nitri est apud Dioscoridem lib. 5. cap. 84. & 85. Cythison, alij telinen, alij lotum magnum, alij triphyllon, Romani trifolium nominant: ita Dioscorides lib. 4. ca. 108. χαμηλὴ quid herbæ sit, mihi non cõstat, nisi fortasse sit χαμαιμήλη. De balsamo Dioscorides libro. 1. capite. 18.

Lichen equinus, siue lichenes equorum, sunt calli, inquit Dioscorides, in equorum genibus, & supra ungulas inflexu earum partium durati. Poti comitialibus prosunt, & aduersus omnia uenenata. Cyclaminus rapum siue umbilicum terræ est, quam Dioscorides libro 2. cap. 153. describit. Sphondylium uerticillarem herbam, Romani etiam rutinalem herbam dicunt, ut est apud Dioscoridem libro 3. capite 81. Aparine herba, de qua Dioscorides libro 3. capite 95. Bibitur contra phalangiorum & uiperarum morsus utiliter cum uino expressus ex aparines semine, caulibus & folijs succus. Claudit autem postremo hæc theriaca uoto, optans ne sui obliuiscantur cum Hermesianax, tũ reliqui lectores, qui aliquam uel uoluptatem uel commoditatem ex hoc scripto sint recepturi, inquiens:

Καί κεν ὁ μνηστήριο (?) ... ἐσ... νικάνδροιο
μνῆστιν ἔχοις, τὸν ἔθρεψε κλάρου νιφόεσσα πολίχνη. Id est:

Hæc tibi qui scripsit, memori fac mente reponas
Nicandrum, genuit Clarus hunc gelida atque niualis.

Quem ferè ad modum etiam Alexipharmaca sua finiuit, sui apud studiosos posteros memoriam fore cupiens. Sed felix ille, cuius memoria est apud deum in libro uitæ, in catalogo credentium, qui sanguine sunt redempti Christi, cui honor & gloria per omne æuum, cuius præsenti numine & hunc Nicandri libellum Latinis auribus familarem fecimus: cuius ductu & auspicio ad Alexipharmaca quoque nos conferemus.

THERIACON FINIS.

NICANDRI ALEXIPHARMACA, AD PROtagoram Cyzicenum.



Vanquàm mœnia ſua non coniunxerint Aſię urbibus maiores noſtri, quorum de germine & nos propagati ſumus, optime Protagora: & quanquam non parum ſit inter meam tuamq; patriam interualli, nihil tamen impedit, quò minus tibi aduerſus uenenatas potiones, quæ mortales, ubi contigerint interimunt, auxilia præſcribã. Etenim tu proxime horriſonũ mare, ad umbilicoſam urſam demoraris, qua parte, Lobrines thalami, adeoq; Attę ſacra fiunt: Ego uero, ubi filii beatæ Creuſę fertiliſſimũ cõtinẽtis ſolũ partiti ſunt, iuxta Clarios Apollinis tripodes habito.

Corporũ et locorũ distantiã nõ ſeparare animorũ coniunctionem.

Propoſitio.

Topographia amplificat, & Protagoræ & ſuæ patriæ ſitũ exponens.

Quia medicas potiones, & aduerſus hauſta uel pota lætalium herbarum & animalium uenena, hoc libello deſcribit Nicander, Alexipharmaca eum nominauit, quod ſonat, propulſatoria ueneni, uel pręſentia, aduerſus uenena remedia auxiliaue, id quod ipſe interpretatur, dum inquit: ῥεῖα κέ τοι προΐκασιν ἀλέξια φαρμακοέσσαις ἀνδύσαιμι, hoc eſt, Facile tibi adiutamenta, aduerſus uenenatas potiones dixerim. Primum enim herbas toxicas, & animalia uenenata deſcribit, deinde quo dolore, hominem pota afficiant, quæ ſigna hauſta uenena ſequantur. Deinde quid ſit præſentiſſimum remedium, aduerſus ſumptum huiuſmodi potu uenenũ, ut ſubinde in aconito planum fiet, & reliquis aduſq; finem libri. Deſcribit autem ſitum patriæ Protagoræ: Tu, inquit, habitas prope urſam. Cyzicum urbem Propontidis inhabitauit in Cherſoneſo collocatæ, quæ Stephano autore, urſarum inſula etiam eſt appellata. Vmbilicoſam urſam poeta uocat.i.mediam. Eò quòd urſa in medio ſtellarum circumeuntium ſit poſita.

Lobrines thalami. Circumſtantijs locorum amplificat Cyzici ſitum. Sunt autem Lobrines thalami, ut Scholia tradunt, ſubterranei ſacri mea- *λοβρίνης θάλαμοι*

tus Rheæ deorum matri dicati, ubi Attæ & Rheæ cultores execta ue-renda sua reponebant. Sunt etiã Lobrini montes Phrygiæ, uel Cyzici lo-cus. Attes. Attæ sacra ideo coniunxit Rheæ, quòd Attes Phryx pecoris magi-ster, dum ouium curam gerit, celebrans hymnis suis deorũ matrẽ Rheam, ab ea sit amatus, adeò, ut sæpius illi uisa, non modico eum honore adfece rit. Quam rẽ Iupiter iniquius ferens, Atten subornatis insidijs interemit, ut Rheam honoris causa celaret se autorẽ interitꝰ Attæ: immisso ergo apro, Attes occubuit. Rhea ipsum deflens & lugens, tumulo cõdidit. Hinc Phry ges uerno eum tempore deplorant. Quem luctum poeta uocat τὸ τοῦ ἄττεω ὀργαστήριον. Summa: Tu, inquit, prope polum arcticum ad undisonum ma re habitas, ubi polus arcticus in gyro & choro stellarũ fixus est. Est autẽ Cyzicus magis ad arcticum sita, q̃ Epirus uel Ionia, uel Clarus. Porrò & suam patriã Claron poetica & topographica circuitione adumbrat. Est aũt Epirus hic non regionis nomẽ, sed appellatiue continentẽ significat. Est enĩ per antithesin dictum: Tu marinã Cyzicũ, ego uero Colophona in continente sitam incolo, quam urbem à maioribus & primis guberna-toribus circũscribens, Creusæ liberos adducit. Porrò Creusæ & Erechthei filius Ion, à q̃ Athenieses sunt dicti Iones, lades uero urbes Ioniæ, īter quas & Colophon. Colophonem aũt nõ longe à Claro Apollinis sede dissitam ostendit, dum adijcit Nicander: ἑζόμενος τριπόδεσσι πὰρ κλαρίοις ἑκάτοιο.

2. Aconiti descriptio, & ubi nascatur. Proinde amarum, adeoq; ori insalubre perspectũ neq; non tibi cognitum sit aconitum, quod Achero-nides ripæ producunt, ubi hiatus (è quo difficilime, si quis inciderit, effugiat, quantumuis etiam currendo id moliatur) Eubulei, ubi etiam Priolai urbes subuer sæ fragorem dederunt.

Principio aconitum herbam oĩm nocentissimam describit, cuius inus-sam Ouidius mentionẽ facit Metamorpho. Lurida terribiles miscent aco nita nouercæ. Describit aũt locũ ubi oriat̃, & fabulosam eius originẽ ostẽ-dit: poëtarũ enim sentẽtia est, è uomitu Cerberi, quem Hercules ab inferis extraxit, natum esse aconitum. Hinc dicit ꝗ prope ripas Acheronidas na-scatur. Acheron aũt fluuius in Heraclea Pontica, ubi Plutonis canẽ Hercu-Εὐβουλεύς. les extraxit, ubi etiam collis quidam Aconitis dicitur. Porrò Eubulea Plu-tonem dicit, ceu bona consulentẽ, uel boni consilij regem: idq; propterea mea opinione, quòd Pluto æque omnibus ita bene consulat, neminẽ ex-cludat, omneis ex æquo ad sese recipiat: omibus enim, ut poetice loquar, Stygium tranare flumen, & ditis inuisere regna, hoc est, mori decretũ est: Mors enim æque regum turreis, & pauperũ tabernas pulsat, ut Horatius canit. Et queadmodũ Epigrãma Græcum nõ minus elegãter q̃ uere testat̃:

Εἰς

Εἰς ἀΐδην ἰθεῖα κατήλυσις, εἴτ' ἀπ' Ἀθηνῶν
στείχοις, εἴτε νέκυς νείσεαι ἐκ Μερόης.
μή σέ γε ἀνιάτω πάτρης ἀπὸ τῆλε θανόντα·
πάντοθεν εἷς ὁ φέρων εἰς ἀΐδην ἄνεμος. Et aliud:
κάτθανον, ἀλλὰ μένω σε, μένεις δέ τε καὶ σύ τιν', ἄλλους
πάντες ὁμῶς θνητοῖς, εἷς ἀΐδης δέχετ.

Apud Acheronẽ ergo fluuium hiatus eſt Eubulei ſeu Plutonis, hoc eſt, ad inferos uſq; deſcẽſus & aditus quiſpiam, atq; illic ſunt urbes Priolai ſubuerſæ, Priolaus Lyci Mariandenorũ regis filius fuit, ut Scholia docẽt, qui obijt in Heraclea Pontica, Hercule aduerſum uicinos belligerãte, cuius nomine pater urbem Heracleæ uicinã appellauit: ſubuerſæ ergo Priolai urbes, bello ſcilicet iſto Herculeano.

Huius amara potio os, dẽtes, rotundũ mentũ palatũ & gingiuas adſtringit, ac ad præcipuũ corporis mẽbrum cor ipſum ſtatim conuertitur: colligit ſeſe, nõ optimo errore grauans hominem corde mœrentem. Adflictione porrò ſummum, patens, & ſublatum inferioris uentris os laceratur, quem aliqui cor uocant alii receptaculum uaſis ſtomachi. Porta autem obfirmantur primum præcipua mẽbra, in quæ omnis hominum cibus abunde infertur: ac ſemper ex hominibus humens ſudor deſtillat: aluus turbata plurimos uentorum ſurſum leuat, pleroſq; etiam infra, ſupra medium umbilicũ collocat. In capite inuiſum onus percipitur, temporibus frequens palpitatio adinfertur. Et quæ uidentur oculis, duplicata apparent, perinde ac ei uſu uenire ſolet, qui uino caput infrenanti noctu domitus & ſuffuſus fuerit, ceu quando agreſti expreſſa uua, Sileni cornigeri Bacchi altores, primũ, ſpumante potu mentem ſuffuſi, adeoq; temulenti, oculos uariis modis uertunt, ac nutantibus membris

Patens uentris os ſtomachũ dicit, atq; hæc anatomica rõne intelliguntur. Ventrem inferiorẽ uocat, q̃d treis medici uẽtres in humano corpore conſtituant, ut eſt uidere in Anatomico ope Carpi. Bononien. & Alexan. Benedicti.

per Nyssæi montis decliuia, sapientiæ rationisq; inanes, cucurrerunt. Haud sec⁹ isti mala pernicie grauati, hebetiori sunt uisu.

Qua ratione potum uel manducatum aconitum hominis incolumitatem turbet, perdat, destruat, ordine ostendit: Os, labia, mentũ, palatũ, gingiuas constringit, inquit: cor mordet, os uentris, id est stomachum lacerat, colum & intestina ciborꝝ receptacula claudit, ne quid alimoniæ in se se recipere queant: uentos excitat, qui tamẽ cum exire nequeant per clausos lactes, satis intelligitur, quantum doloris generent. Caput degrauat, tempora palpitatione diuexat, sudorem cit, uisum hebetat, ut omnia duplicata appareant. Atq; eum locũ pulchra Silenorꝝ cõparatione ornat: Vt Sileni, inquit, expressis uiuis postea tortiuo isto ingurgitantes sese, gressu nutant, oculis caligant, per Nyssæum montem citra rationem feruntur: sic qui aconitum sumpserũt, gressu instabiles, uisu languidi sunt &c. Iam obseruandum est ꝙ Scholia monẽt: Veteribus Silenos fuisse, quos nos hodie satyros dicimus. Appellat aũt Dionysiũ κέραον. i. uel cornutum, uel poculo è cornu facto utẽtem. Nam prisci cornibus utebant̃ in symposijs poculorum & cyathorũ uice: uel metaphorice per cornu robur intelligitur. Cornutus Bacchus. i. robustus. Nã uinum & robur habet, & fortitudinem bibentiũ animus indit. Sileni ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν dicuntur. i. à conuiciando. σιλλαίνειν, λοιδορεῖν. θωρυχθέντες armati ac ueluti thorace induti, apud Home. sæpius. Hic, ut Scholia monẽt, temulentiã significat: Hippocratem τὴν μέθην, θώρηξιν appellare indicantia. Nyssa Eubœæ ciuitas, ubi uitẽ aiunt uno eodemq; die gemmas emittere, & botros eius maturescere, ut Stephanus de urbibus tradit. Meminit eius Nyssæ Homerus in hymno, εἰς Διόνυσον. Per Nyssæa ergo decliuia, montes Nyssæ urbis intelligit. Dij boni qui non Sileni illic exhilarentur, quũ in dies singulos habeant florentes uites, maturas uuas: quũ quotidie uindemiã colligant, uuas torculari calcent? An'ne ꝑ Nyssæos montes saltarent satyri siue Sileni isti, qui tã feliciter Bacchũ colant? qui adeò plenis & fœcundis botris uineæ suæ quotidie præsto sunt. Quid mirꝝ si illic Bacchus sit cornutus, & cornua & uires exerat, Sileni insaltent, satyri lætitiæ quoddam specimen præbeãt, quũ in sterili nostra patria, ubi nedũ in singulos dies, sed ne per ullos unquã annos, uites (quas solũ illud non fert) ut plantari non possunt, sic nihil fructus producunt: tot, tanti, tamq; uani sint temulenti siue satyri siue Sileni, tot Bacchi insignes, & alumni & altores? Sed ad Nicandrũ nostrũ nobis redeundum.

Comparatio Sileni.

Sunt qui illud ipsum myoctonon appellant: siquidẽ fœdos passim circa fontes lingẽtes mures, ꝑdidit.

μυοκτόνον, quasi mures occidens, q̃d lingẽtes ipsum mures enecet.

παμπηγὴν passim circa fontes reddidi, ἀπὸ τοῦ πᾶν καὶ πηγήν, maluissem autem

tem κεμπυλὴν. λειχμήρεας ὕρακας, lingentes mures. Scholia monent sue Grecis ὗν, χοῖορον, & Aetolis ὕρακα dici: hic uero mures ὕρακας propterea appellauit, φ rostro suibus non sint dissimiles. Scholia.

Sunt qui pardalianches nominant, postquam bestiis illis monstrosis & bubulci & caprarii interitum struxere, in iugis Idæ in Phalacræis uallibus. Sæpe etiam thelyphonon & cammoron, inq; Aconæis iugis fœmineum aconitũ germina sua producere aiũt.

Pardalianches. i. pardalies suffocans, & ab effectu & euentu dicit̃, quòd
pardalies gustato aconito eo suffocentur enecent̃q;: quibus tñ ne intereãt, Pardaliãches.
humanũ stercus adminiculationi est: unde non antea uescunt̃ aconito, q̃
præsens oletũ perspexerint, quo ueluti antipharmaco utãt̃. Pastores id
intelligentes, oletũ ex arbore suspendunt, tam altè, ut pardalies assequi ne
queant. Quare conspecto hoĩs fimo, etsi in alto, tñ confidens sese eo potiturũ, aconitũ edit. Statim deinde ad oletũ magno impulsu prosilit, sed cũ
propter altitudinẽ non attingat, uel morit̃, uel uiribus destituit̃. Idæ mõ- In Idæ iugis.
tes seu uertices sunt quatuor: Phalacra, Lecton, Sigeum, Gargarꝰ. Idæ ergo promontoriũ Phalacra est, cuius Lycophron etiã meminit dũ inquit:
αἱ φαλακραῖαι κόραι. id est. Phalacrææ uel ex monte Phalacra nymphæ. Sed
quur thelyphonon appellat̃. θῆλυ fœminam, φόνος cædem ualet: hinc θηλύ- Telyphonon.
φονον fœminas occidẽs: ideo, ut scholia, quod quoruuis fœminei sexus animaliũ genitalibus admotũ, eodẽ die scd̃m Theophrastũ, interitũ eis adferat. Cammoron, quasi κακόμορον. ἤ κακῷ μόρῳ ἀναιροῦσα, malo fato, malo in- Cammoron.
teritu perimens. Aconæos montes, seu excelsa loca, ubi ἀκόναι aconæ. i.
cotes nascuntur, uocat, quas alij in Heraclia Pontica, alij Hermionæ, alij in Aconæi mõtes
Tanagra nasci ferunt. Diosco. fere eadem aconiti noĩa recenset lib. 4. c. 75. qui adijcit illud de aconito memorabile, φ radix huius scorpioni admota, torpore eũ resoluat, & e diuerso, admotũ ueratrũ excitet. Enecare itẽ aconitũ pantheras suos lupos bestiasq; omnes inspersum carnibus, & illis in cibo appositũ testatur: cuius alterã etiã speciem eo loci describit.

Huic malo antidotum erit, calx inextincta, quan- 1.
tum manus capere potest, quam è catino rubenti uino mixtã, sumes: qui catinus cotylæ mensurã capiat.

Remedium aduersus cibo uel potu sumptũ aconitũ iam subijcit: est aũt planũ: Sumes, inquit, calcem inextinctam uino rubente cotylæ mensura. τίτανον calcem inextinctam uerti, quod Scholia doceant, ἢν τίτανον εἶναι ἄσβεστον, κιῤῥὸν νέκταρ, rubrũ uinũ appellat. ἀφύσσαι pro ἀφύσσεις accipiendũ

Scholia doceāt: & ubi textus μιγηνδὸν aduerbium, Scholia legūt μιγηνκόν. Vnde apparet μιγηνκὸν quoq; scribendum. Quanq̃ non magni referat si μιγηνδὸν legatur.

II. Simul autem fruticis abrotani caulem resecato uiridisq; marrubii, quod iam meliphyllon dicunt. Ac herbidæ neq; non semper florentis chamelææ florem, rutamq;, in aluearis liquamine bibas.

Marrubium. Obseruandum quod hic, ut suprà in Theriacis, eandem herbam marrubium & meliphyllon dicat. Chamelæam Romani citocacium, oleaginē aut oleastellum appellāt, autore Dioscoride. li. 4. ca. 166.

III. Extinguens etiam candens ferrum genis forcipis, uel ferream fecem, quam intra caminos conflatorios ignis flamma segregauit.

Scoriam ferri melle extinguendā, & aduersus aconitū bibendā docet.

IIII. Aliàs & auri nouam massam igni fouens, uel argēti, in turbidam potionem tingas.

Auri & argenti liquamen haustū ualet aduersus aconitū.

V. Sæpius etiam pauca foliorum chamæpityos, quantum dimidia manꝰ capere potest accipe, ipsumq; mōtanæ onitidis succum, uel recentem polycnemi uirgā terens, quatuor cyathis melliti uini propina.

χαμαίπιτυς herba quæ etiā onogyros & σιδηρῖτις dicitur. Per onitida origanum intelligit, cuius plures spēs recenset Diosco. Polycnemon uero herba quæ aliàs τρίκνημον dicit̃. Dioscorides hanc etiā πολύκνημον uocat, uariaq; huius apud uarios noīa adijcit, clinopodiū, polygonatō, Iouis colū, echeonymon. Scdm Romanos puteolagonthriam. Dio. li. 3. c. 99.

VI. Præterea temperatiorem potum, ceu medullarē tenebis, ex aue domestica, passerculo nimirum, quando in olla densa ignis flamma membra eius contrita & elixata fuerint.

VII. Atqui uitulæ recentia cornua pinguedine exube-

rantia

rantia liquefacies coquendo, eaq; offa hiãtem aluum tuam exatura.

Νικαγῖνος. cornua Nicander, ut Scholia interpretant, periphrastice tũ, πρὸς τὸ νέον καὶ ἄγνυμι. quasi nuper inflexa seu fracta, quæ recens è frõte pdierint.

Ad hęc balsami liquorē, lactis equę, seu hominis fœminæ guttis misceto, datoq; bibere. Qui potus profuerit, si sumpturus, antea indigestum cibum per guttur effuderit. VIII.

Tametsi Nicander habeat, ὅτ' ἐν σταγόνεσσι γάλακτος θηλυτέρης πώλοιο χέας ὀπὸν, ἄλλοτε νύμφαις. Quod ita uerti queat: Aliàs balsami liquorē stillis lactis equę fundas: πώλοιο enim equorũ etiã est. Porrò quod adijcit νύμφαις, non uideo quo pacto sententiæ conuenire possit, nisi νύμφης legatur. Quod enim ὅτε & ἄλλοτε coniũgit, indicat diuersa esse πῶλον & νύμφαις. Sin νύμφης legat, tũ dependebit ab ἐν σταγόνεσσι γάλακτος νύμφης. Eritq; sententia, qualem suprà in antidoto reddidimus. Quæ quantumuis minutula, propter semigræculorũ tñ audaciã (ut sunt multi, qui, ubi primũ Græcam aliquã grãmaticã audiuerint, totius Græcæ linguæ censurã, si dijs placet, sibi uẽdicãt) indicauimus. Indigestũ cibũ p guttur effundere, periphrasis uomitus, p euomere.

Sæpe item catuli inter dormiendum uidentis, uel etiam hinnuli coagulum reseces, prębeasq; uino temperatum bibendum. IX.

Σκίνακος ἢ λαγωοῦ νεβροῦ πυετίην. Catuli ĩ lecto uel somno uidẽtis coagulũ. σκίναξ uel catulum, uel ἐπιθετικῶς, saltatoriũ, salacẽ. Scholia leporẽ hac periphrasi intelligunt, is enim patẽtibus oculis dormit: idem aũt & leonibus & scorpionibus cum lepore cõmune esse, Scholia testant. Porrò πυετίην, dubitare quis possit quidnã ea inusitatior reliquis autoribus uox significet. Ego mea quidẽ sententia, opinor esse πυετίην (nã Aldus π legit, non γ) per epenthesin esse pro πυτίην. qua ut in superioribus Nicãder aliqties usus, id est coagulum. Nicander per υ in prima scribit, Dioscorides in priori ι, in secunda υ habet, sed hæc duarũ literarũ permutatio, significatũ non mutat. De coagulo aũt leporis & reliquorũ aĩalium est apud Diosco. l. 2. c. 65. Pares inquit ille, uires habent hœdi, agni, hinnuli, dorcades, capreæ, quã à latitudine cornuũ platycerota dicũt, dorci, cerui, uituli & bubuli coagula, oĩa contra aconitũ poti, in uino sumpta: & in aceto cõtra concretũ sanguinẽ.

Interdum & purpurei sicamini radiculas in lapideũ uas seu mortariũ, iniectas ac tusas, uino coctas, unà X.

cum laboribus apis dato bibere.

Antidotum planũ eſt. Niſi quod labores apis, poeta peripraſtice mel ap pellet. Quas ego poeticas phraſes ideo in uertendo ſeruaui, ut Græcæ literaturæ neophyti, ſi modo in hunc noſtrũ laborẽ inciderint, me, quantũ fieri potuit, in poetæ uerbis permanſiſſe uideant.

Quod ſi feceris, dominantem & inuiſam ab homine ægritudinem amoliri queas, ut rurſum ualentib⁹ pedibus iter ſanus faciat, & quo uoluerit eat.

DE PSIMMYTHII, QVAM CEruſſam Latini dicũt, uenenata, ubi ſumptũ fuerit potum'ue, NATVRA.

CERVSSA Secundo iam pernicioſæ & candicantis ceruſſæ inuiſam conſidera potionem, quę per omnia ſpumanti adhuc lacti, quum uerno tempore, pingue & recẽs in mulctras expreſſum emulſum'ue fuerit, colore ſuo ſimilis eſt. Porrò ceruſſæ ſpuma ſuper genas & gingiuas adſtringente ui ſcandit, adeò ut gingiuæ ſpumæ frigore areſcant, & ueluti in rugas contrahantur, ac linguæ iuxtà longitudo aſperetur atq; ultima proxime guttur pariſthmia exiccentur. Aride etiam tuſſiens oculiſq; nutans grauitate, dũ crebros ructus egerit, nõ ſine labefactatione ſui, oppletur: hinc fit, ut capite non parum turbetur, quinetiam animo ſuo nauſeabũdus, prę triſti labore gemit. At ſępiſſime in ipſa luce, uanum phantaſma, quod re ipſa nullum ſit, cernit. Aliàs ſomnolentus friget corpus, neq; ut antea mem

membra, potissimum man⁹ & pedes, officium suum faciunt adeò, ut ni ei succurratur, eo tandem dolore domitus succumbat pereatq́;.

Alterius uenenatæ potionis, qua cerussa cuipiam propinari queat, naturam & maleficia describit, ubi omnia sunt plana, neq; quicq̃ lucis eget. Paristhimia aũt circa guttur patens, quas Latini tonsillas, Græci ἀντιάδας etiã uocant, ut ex Galeno, Virg. Marcellus in Dioscoride docet. Statim aũt rẽ remedia, quibus intoxicato potui succurri possit, subnectit.

Contra hoc ueneni, premadies oleæ, uel orchadis uel myrtines pinguedinem, extemporariamq́; apparationem ex poculo bibendũ præbeto, ut lubrica aluus mala pharmaca rursum effundat. I.

Premadie, orchas & myrtine, olearũ spẽs sunt, ut Scholiastes.

Aut pinguia tu lacteq́; distẽta ubera mulgens, potum conficias, è liquida lactis anu, quem languentibus bibere dabis. II.

Φωρβὴν ἀποαίνυο γρῆυν. i. Aufer liquidam lactis anũ. Lactis concretã supficiẽ seu rugosam lacteã cutẽ, è qua butyrum fit, anũ uocat propterea, q̀ instar anus rugis cõtrahatur. Periphrasis rugosæ cutis lacteæ.

Seu maluæ ramulos uel folia resecans, eorum tenaci succo, languentem satures. III.

Scholia unũ admiscendum monent.

Sæpe uel sesama tunde, eq́; uino dato bibere. IIII.

Sesami descriptio è Plinio l. 15. c. 7. petenda: Dioscorides stellionũ & cerastarũ morsibus mederi testatur. li. 2. c. 90.

Vel, cruorem palmitis calentem, aqua lauato, ac sordes illas per sinus recens texti calathi colato: siquidem recipiet calathus retinebitq́; cœnum, adeoq́; cineris materiam. V.

Duræ Persee arboris nuces liquido oleo contusas, datum damnum resartient, & malo succurrent. VI.

I 2 Plerisq;

Plerique in Persea duræ corticē os appellant, q nuci nō est dissimile. Theophrastus in 4. de plantis, nucē appellauit. Dicunt aūt nuces, quæcunque ligneum corticem habent.

Quam olim Perseus pedibus suis Cepheide terra relicta, ubi gladio suo fœcundam Medusæ ceruicem amputasset citra laborem Mycenææ terræ iutulit, noua Cephei dona, qua parte gladii capulus decidit ad summa iuga Melanthidis, ubi Langæa nympha, potionem illam Iouis filio Perseo ostendit.

Amplificat fabula, quomodo primū hæc potio, nucis Perseæ fit inuēta. Perseus ensis sui capulū quærens, iuxta fontem Argi, cui nomen Langea, in nucem Perseā incidit. De Persei rebus gestis apud Pindarū, & Ouidiū in Transfor. quō caput Medusæ amputarit &c.

VII. κάρυη, nux. ἀτάλυμνος, atalymnus. πτελέα, ulmus arbores.

Sæpe quoque Gerræi thuris liquorem, ramis circunfusum tosto hordeo intriueris. Neque nucis nō lachrymas, uel atalymni, uel ulmi, quando non parum gūmi semper in ulmi ramis relinquitur: quæ tepido simul potu pro antidoto liquefacies: ut quædam euomat, quædam balneis solutus digerat, ubi corpus sudore madidum fuerit. Atque malo eo laborans interdum cibos recipiat, interdum pinguori uino saturet: sic fiet, uti durum tandem interitum effugiat.

ἑψητὰ ὕδατα, per aquas coctas, peripraſtice balneas intelligit.

III. Veneni potio cātharidis.

Ne cantharidem fruges edentem, cuius odor liquidæ piceæ similis, ullo pacto cōcipias potu: siquidē picea grauedine nasum trahit: dentib⁹ id existens, quod nuper manducatæ cedri partes sunt. Proinde si cantharides humida potione sumātur, morsum in labio parant, aliàs circa extremum uentris os, aliàs & medius uēter

Qualē dolorē in homine excitent sumptæ cātharides.

us uēter

us uenter doloribus laceratur: ueſſica abſumitur: pectoris anguſtiæ hominem comprehendunt: tũ ſtomachi inteſtinum, in imo uentris reſidet. Porrò uehementer impatientes redduntur, ac alii mores hominem iamiam animo uacantem permutant, ut intẽtu iſto, miſere deplorateq; pereat, inſtar cardui florum, qui appropinquante aura procelloſa, auolant.

De cãtharidũ lætali ueneno, & antidoto ex Dioſco. l. 6. c. 1

Cui malo obuiaturus, ſæpe pulegium fluuiatilibus nymphis replens, ſumes, indeq; faciens pharmacum, languenti dabis in poculo quodam apparãs letalem ieiunæ Cereris potionem, qua olim Ceres guttur ſuum, Hippothoõtis oppidum irrigauit, ad ludicros Threiſſę Iambes rhytmos.

Antidotum I. Fluuiatiles nymphæ, eſt periphraſis poetica, i. aqua.

Proſerpina à Plutone rapta, mater eius Ceres ieiuna & ſobria circuiit eã quærẽs: recepta eſt aũt hoſpitio in ędib⁹ Hippothoontis, q erat fili⁹ Neptuni, ex Alope Cercyonis filia, ab uxore ei⁹ Metanira. Quæ Metanira ei menſam inſtruxit, miſcuitq; uinũ in adflictiõe ſua. Quod dea tñ non recepit, ſibi non fas eſſe adfirmans, bibere uinum ob amiſſam ſuã filiã: ſed iuſſit ut è farina ſibi potionem appararet, quã acceptam bibit. Iãbe uero Metanirę ſerua uidẽs mœrentẽ deã, ridiculos ſermones, & ſcõmata quędã, qbus Ceres ad riſum permoueret, pronuntiauit: erant aũt quæ ab illa dicebantur, Iambis rhytmis compoſita, quæ primũ tũ ei protulit. Ex qua Iambi nomẽ ſuũ primũ ſortiti ſunt. Iambe uero filia fuit Echus & Panis, Theocrita gñe.

Præterea ex capite ſuis uel agni etiam æquali põdere lini tereti ſemine mixto, uel recẽs cornibus inſignitis capellæ temporibus. Vel ex anſere potum in olla confice, quo aduſq; uomitum ſatureris. Atq; ea ſimul omnia ad inferiora mittas, digitis in guttur impoſitis, attingẽs indigeſtæ dũ, ĩ ipſa porta, pollutas dapes. II.

Pharmaca aduerſus uenena parata ſumere iubet, deinde immiſſo gutturi digito, uomitum ciere.

III. Sæpenumero & per clysterem recens ouis lac mulsum immerge, sicq; uentris recrementa plurimũ euacuabis.

IIII. Quandoq; & lac pingue potu sumptum languenti proderit.

V. Seu uirides uitis ramos recentibus foliis graues amputatos melle misce & contũde.

Subaudiendum est, datoq; bibere.

VI. Vel tu paucas radiculas & aculeatas è petrosa terra resecans, quibus semper aculei, apum labore, mande. Herba autem earum radicum instar molothuri altis ramis floret, cui gracilis est caulis.

Apũ labor, poetica periphrasis, pro melle.

Radicibus molothuri in monte crescentis cũ melle utere aduersus cãtharides. Molothurus herba est perpetuo florẽs. Vnde & Euphorion inqt:

πτῶκες ἀεὶ χλωροῖσιν ἰαύεσκον μολοθύροις.

Dormitant lepores uiridi semper molothuro.

VII. Ad hæc quatuor drachmarum pondus terræ Partheniæ sumito, quam Phyllis in saltibus produxit iuxta niualem Imbrasidem terram, quam cornutus agnus Chesiadicis indicauit puellis, sub iunco abundãtibus gelidi Carceti ripis.

Hæc omnia nihil aliud ualent, q̃, Recipe terræ Samiæ drachmas quatuor. Nã ꝙ Partheniã appellat, & inuentionẽ uel primam eius originẽ adducit, amplificatiõe poetica hoc facit. Parthenia uero nõ tota Samos, sed quędã in ea insula inuenta terra dicitur. Phyllis ipse locus uel fodina terrę Samiæ: appellat & eandem terrã per ἀσύνδετον & congeriẽ Imbrasidẽ terrã, ab Imbro insula, quæ in Samo sita fuit. Adijcit aũt eam terrã inuentã esse à cornuto agno, κερασφόρος & περιφραστικῶς, i. ab ariete: agni enim nõ sunt insigniti cornibus, sed arietes: tandem Chesiadibus puellis indicatã ab ariete terram eã, ab antiqua Sami gente sic uocãs nymphas. Chesienses eñ primũ Samũ incoluerũt, postea Astypalæẽses. Dioscori. Samię terræ duas spẽs facit, meliorem & cõmodiorẽ, quã asteram dicant, uarias eius contra uenena uires & uirtutes recẽsens. Carcetus Sami fluuius, apud quẽ ab ariete terram

ram illam Samiam, Samijs puellis indicatam tradit.

Cæterum cum uuæ passæ decocto duplicem potionem para, simulq; rutæ ramulos interes, pingui rosaceo miscens: sæpe etiam irineo pigmentum temperes, nam id ualde, morbum curabilem reddit, adeoq; plurimum confert.

Duplicem potionē.i.octo drachmarū pondere. Monēdi sunt Græcæ linguę neophyti, hic συρέοιο male legi apud Nicandrū pro σιραίοιο. Est autem σιραίον uuæ passæ decoctum, uel uinū coctū, interprete Hesychio.

Quod si qui noxium difficulterq; curabilem coriādri potum insipienter, ex inuisis poculis gustarint, dementia percussi, ceu uæsani, uehementer in populo clamāt, attonitarūq; modo Baccharū acutū sonāt melos, ingenti œstro mente sua icti. *Coriandrum. Signa.*

Quartam ueneni potionē, e sumpto coriandro docet. Interpres duas spēs coriandri facit, alteram satiuā, alterā syluestrē. Virg. Marcellus cū Dioscoride, aduersus Nicandri interpretē unū duntaxat satiuū genus esse sentit. Cæterū coriandri maleficia & uenena, & antidota Diosc. l. 6. c. 9. habet.

Aduersum hoc ne præbeas dulcis uitis poculū Pramnio meraco uino plenum, pinde ut ex torculari expressum est, cæterum aqua temperabis marinæ aquę infusa cymba. *Antidotum I.*

Sæpe & gallinaceorū tenero euacuato partui, spumam superinfundas, qua uelox cepphus uesci solet. Qua & uitam sibi suam seruat, & interitū assequitur, quando fraudulenter diram perniciem adferentes piscatorum liberi natantes, auiculam inescant, ita ut in puerorum istorum manus, ea incidat, dum recētem albicantemq; spumæ fluxum sequitur. *Tener gallinaceorū partus, est ouum πτερι φρασικῶς.*

Cepphi,marinæ auis,laro similis,historia scdm antidotum amplificat. Docet aũt oui gallinacearũ putamina,cũ muria sorbenda esse, id quod & Dioscorides uult,cũ inquit: ὠά τε κενωθέντα ὑπὸ τὸ αὐτὸ καὶ λειωθέντα σὺν ἅλμῃ ῥοφούμενα. Quod Marcellus hunc in modũ uertit: Bibuntur contra coriandrũ utiliter etiã ouorũ putamina in seipsa confracta tritaq́;,& cũ muria diluta. Estq́; insignis hic de cepphi auiculæ comprehensione historia aĩaduertenda,quõ aquam maris refundentes spumã proferre cogunt,quã dũ ceppho dolose prætendunt,auicula spumã appetens,in manus piscatorũ illabitur.

III.

Amplificat digressione hoc antidotũ elemẽtorũ, mare & ignẽ elemẽta, uentis obnoxia prædicãdo; sic rursum naues & mercatores mari, sylua, igni morem gerunt.

Quinetiam tu intoxicatum,in amarum intingas mare,quod uentis subiecit Neptunus,unà cum igni. Siquidem ignis inuisis flatibus domatur: adeoq́; ignis semper uiuus,& liquida lympha,uentos timuerunt. Cæterum salum incomptum & incultum procello sumq́;, dominatur cum nauium, tum in mari intereuntium nautarum. Sed sylua inuiso igni,iuxta naturæ legem obtemperat.

IIII.

Oleum non paruo labore paratum uino mixtum, uel potio niuis,musto temperata,dolorem auferet. Quando sub falce uinitoris onustam undiq; uindemiam cędũt,adeoq́; ex ramo uitis Pramnię dulce mustum exprimunt,tum quum agminatim apes, pemphredon,uespæ,& mõtanæ bembyces, tortiuo & gaudent & saturantur,in acinos uuarum incidentes, quãdo succulẽtiorẽ botrũ callida uulpecula lędere solet.

Antidoti summa est: Oleum uino mixtũ,uel nix musto tẽperata,est dãda ei qui coriandrũ biberit. Deinde à musti tpe & uindemia dilatat. Pemphredon,ut Scholia tradunt,aĩal est de uesparũ numero, formica maius, ape minus,pennarũ albore nigroreq́; uarie coloratũ: hoc in montanis cõmorans, à fruticibus qui sunt inter ualles, omnigenos flores decerpit, ac in concauas fertur quercus. Porrò βεμβίδες seu βέμβικες, species sunt apum, quæ uindemiæ tempore maturas uuas depascunt.

V.

Proinde noxiam cicutæ obserua potionem,siqui

dem

dem ea pota capiti uehemẽter officit, tenebrosam noctem adducens, oculis uertiginem & gyros adferens, adeò ut uestigiis nutent, & in plateis soliciti manibus prorepant: mala item ad postrema isthmia strangulatio, adeoq; angustum gutturis præstringunt iter. Sũmis membris etiam frigent, uenæ intus in corpore fortes contrahũtur: ille autẽ modicum aerẽ trahit, ac singultus ducit, uix respirationis cõpos, ceu planè sit exanimis: anima uero imminentẽ Plutonẽ intuetur.

Cicuta. *Tonsillas quas supra paristhmia nominauit, intelligit.*

De cicutæ ueneficio, & antidotis aduersus eam, Dioscor. lib. 6. cap. 11.

Hunc tu uel oleo satures, uel non diluto uino, ut eructare seu euomere queat malã dolorosamq; aten. I. Antidotum.

Hoc est, primum uino & oleo, uomitus est patandus.

II. Vel tu clysteris adorna, ut immittas, instrumentũ. Sæpius etiam uini meraci potionem, uel Thessalæ lauri, uel dauci caules amputans, ei adferas, quæ laur⁹ prima Delphicam Apollinis comam coronauit.

III. Seu piper, urticæq; semina tusa ei tribuas: ipsumq; uinum liquore acerbo temperes, ac bibere dabis.

Per liquorem, Cyrenaicum ὀπὸν intelligi Scholia monent.

IIII. Iam & odorati irinei mensuram porrigas, laserpitiumq; albo oleo intritum, ac dulcis melicrati potum, cui & lactis superiorẽ congelatã cutem addas, quã uasculo quodã super ignẽ calefactã, quiete bibere dato. VI.

Toxicum.

Protenus etiam lætalis toxici dolorem & malum abigere discas, quando suis cruciatibus hominẽ comprehenderit. Lingua eius qui hauserit toxicum, inferne crassior redditur. Sed labia intumescentia, os pla-

Signa hausti toxici.

m ne

nè pondere suo degrauant, ac aridum prorsus sputũ regerit, inferioriq; parte gingiuæ diffunduntur, eq; suis stationibus mouentur. Sępe etiam cordi stuporem iniecit, omnisq; sensus consternatus est, sontico isto malo perturbatus. Ac laborans eo, & balat & mugit, innumeras nugas fabulasq; prę insania edens: ac sine

Comparatio. intermissione dolens, uehementer uociferatur, instar hominis, cui caput, totum corpus compingens, ense demessum amputatum'ue sit. Vel quemadmodum craterifera sacras res tractans ipsa Rheæ sacerdos, nona mensis publico appropinquans itineri, longũ ore

Montana. suo rumorem & clamorem edit, quem horrendũ in montanis latratum audientes sibi metuunt: Sic ille rabie, mente sua turbatus errans eiulat, ac lupi instar fugitiue ululat, obliquisq; pupillis taurinum uidens, albumdentem acuit, dentibusq; suis despumat.

Toxico nomẽ inditũ ἀπὸ τοῦ τόξου. i. sagitta, Dioscori. l. 6. c. 20. putat, dũ inqt: Credit ideo toxicũ appellari, ꝙ barbari sagittas telaq́ꝫ sua quæ τοξεύματα nominant, eo inficiunt. Cuius hausti signa, & maleficia, & antidota cõtra idem eo loci cõnumerat. Porrò quòd clamorẽ per toxicũ in rabiem acto homini æquiparat, cui ense caput demessum sit, non sic eũ cauillo accipiendũ, ꝙ is cui resecta ceruix caputq́ꝫ, porrò clamet: sed cõmuni loquendi more, quo & uulgo dicere consueuimus, perinde clamas, ac si tibi collũ

κερνοφόρος. resectũ esset: Du schryest eben als vuen dyr der halss ab uuer. Κερνοφόρος Rheæ matris deûm sacris pręfectam, κερνοφόρον uocat. i. crateriferã, seu lam-

ζάκορος. pada ferentem: ea enĩ ampla uasa, in quæ lucernas ponũt, κέρνους Græci ap-

βωμίστρια. pellant, ut Scholia. ζάκορον, hoc est, ædis sacræ custodẽ. βωμίστριαν ab ara, βωμὸς enĩ aram sonat. Hinc βωμίστρια aræ curã gerens. Atqui nona die mensis, sacra Rheæ agebant. οἷα τρέουσιν Ἰδαίης ῥιγηλόν. Idęæ pro montanæ terræ, uel Idææ ab Ida monte, per catachresin, inquit Scholiastes, omnis mons Idæ nomine accipit. Taurinũ, ταυρώδεα λεύσσων, instar tauri uidens, hoc est torue & truculenter uidens. βρυχανάαται, hoc est, κλαυθμυρίζει. ὠρυδὸν, hoc est lupi instar cum fuga, ita Scholia.

Hunc probe contextis nexibus ligans, uino thoracem eius prolues, ac uel inuitum eo saturabis, mansuete cogens hominem, mugiens eius os adaperiens, manu eũ tua urgens, ut malũ illud haustũ euomat. I.

Vel tu pascua carpentis anseris pullum, aquæ ingeras, ignisq; flamma elixes. Asperæq; pomi syluestrem corticem, montib9 natum resecta primum pomi cute. Vel hortensia nostra poma sumere etiã potes, qualia uernæ horæ ludicra puellis proferunt. II. III.

Aliquando etiam struthia recipe, atq; styptici cotonei Cretensis germen, quod fluuiorum ripæ produxerunt: Atq; illa iam sæpe unà malleo tusa aquis irriges, recensq; odoratum pulegium semine pomorum adiicias, simul omnia ista temperans. IIII.

Struthia, sunt qui pomorũ gña, & qui herbæ speciem dicant, Scholia.

Adhæc, bene olens rosaceum lana hauriens, parum eius olei aperto hominis ori instillabis. Poteris & irineo unguento ad idem rei uti. Aegre tandem, simul ac multa ad multos dies pertulerit, nutãti, inq; summo erranti gressu, incedere poterit: incertum, attonitum errantemq; uariè uisum gerens. V.

Atq; hoc est, q̃d Dioscorides planè sentit, raro uel per oẽm uitã integre eos restitui. Quod si qui eius mali periculũ euaserint, non nisi post longũ tempus conualescunt, & ex stratis surgunt, & cũ surrexerint, attoniti reliquo tempore uitam agunt.

Hoc Gerrhæi coloni ærea spicula, quiq; iuxta Euphraten fluuium commorantur, arua tingunt: sic enim immedicabilia prorsum uulnera infligunt tela, nigram carnẽ facientia, sub qua amarũ uenenũ sudo-

re supputrescit, adeoq; putris humore cutis, fathiscit.

Gerrha. Gerrha Arabiæ ciuitas, cuius ciues, si qñ uelint hoc toxico uti, ac præ, dictis antidotis pductos ad sese curare, hunc ad modũ alexipharmaca, seu antidota explorant: Pedis sui partẽ quandã incidenres, sanguinẽ dimittũt, ac statim toxicũ sanguini seu uulneri admiscent: at simul ac uenenũ per sanguinem discurrerit, q̃primum remedijs toxicũ detergunt priusquã cor impetiuerit: Hæc Scholia. χραίνουσιν pro βάπτουσι.

VII. Ephemerum. Signa. Sin Colcheidis Medææ infensum ignem, ephemerum nimirum, potu quis susceperit, ab eo tum labia humectata ineuitabili intus attritu læduntur, ceu albo ficus liquore, uel aspera urtica corpore perfrictus esset, uel scillæ seminali capite, quæ supra modũ teneram carnem incendit.

Scholia. Ephemerũ est uenenũ quod arte conficitur, barbari naphtham uocãt: quo qui uel inuncti fuerint, uel palliũ eo delibutũ gesserint, uel aliud qddam, si aduersus solem steterint, ceu igni inflãmati, absumuntur. Est autẽ æstuantis naturæ. Videtur aũt Medea huius confectionẽ reperisse, unde & Colchicũ dicitur. Sunt qui irin dicant, qui Pharicũ, quidã ephemerũ. i. diurnũ uel unius diei herbã, quę quo die nascat, eodẽ intereat: mane eñ prodit circa fluuium Tanain, uel Colchida regionẽ, meridie perficit, uespere arescit. Seu quod qui biberint ephemerũ, eũ diem superuiuere nequeant. De ephemeri uenenata potione, signis & antidotis eiusdem, Dioscorides lib. 6. c. 5. De scilla est apud Dioscoridem lib. 2. c. 162.

Hausti ephemeri grauedo circa stomachum sedet, quem ad uomitũ prouocat, deinde lætali ustione radicitus exulceratum reddit, ut perinde per ceruicẽ fœda eructet egeratue, atq; turbidum à carnibus liquorem cocus effudit: quin & aluus per inferna tetrica excrementa eiicit.

Antidotũ I. Proinde tu sæpe teneram quercus comam, sæpe fagi etiam æquali pondere glandes præbebis.

II. Vel tu mulgere queas recẽs lac in mulctram, quo labo-

ſaborans eo malo, ſaturetur, quodq́; ore ſuo retineat.

Quercus, fagus, prinus, diuerſæ ſunt arbores, omnes tamen Δρῦς Græcis uocantur. Scholia.

Preterea polygoni germina ſeu flores auxilio erũt interdum ſolæ radiculæ lacti intritæ. III.

Simul autem & flexiles pampinos aquæ miſcebis nec non æquali pondere rubi tundes ramulos. Tuq́; nouum corticem, adeoq́; delicatæ hirſutæ caſtaneæ tegumentum nudabis, ibiq́; interiorem carnem, iuxta ſiccam cutem, difficili cortice amictæ nucis, quam Caſtanis terra protulit, exues. IIII.

Caſtanearum mediam tuniculã potu dandã aduerſus ephemeri præcipit, id qđ & Dioſc. ſentit, dũ inquit: Prodeſt pariter & caſtanearũ media tunicula cũ aliquo prædictorũ ſuccorũ pota. Porrò Caſtanis Theſſaliæ ciuitas eſt uel Ponti, ubi caſtaneæ abundant. *Vnde caſtaneæ dictæ.*

Facile & imam aluum ferula purgabis, quæ uitam amantis Promethei furtum habet. V. πίτυλκ.

Ferulã aduerſus hauſtũ ephemeri facere tradit, eãq; à furto Promethei cõmendat, quod ea ignem Ioui abſtulerit, & ad homines in mundũ tranſtulerit Prometheus. Frutex eſt de quo in Dioſcoride lib. 3. c. 82. Datur & cõtra morſus, inquit, bibenda cum uino.

Styptici item myrti fructum abunde decerpe. Seu punici mali fructus tegumentum infunde, quod ubi cum myrto miſcueris bibes, ut ſtyptico eo potu, morbum ſæuientem diſpergere queas. VI.

Nihil te etiam clanculum lætalis ixię potio fallat, quæ labiis tuis guſtata, ocymo ſimilem ſaporem præbet: hauſta, extremum linguæ tractum exaſperat interiora adurens, quinetiam corde ſuo turbatur ad inſaniam uſq; qui ſumpſerit, ac linguam penitus den- VIII.

Ambos meatus .i. urinæ & excrementorum transitus occludit.

tib⁹ lacerat. Porrò mente attonitus reddit, aluusq́; temere ambos utrinq; meatus & liquidorũ & esculentorum obdurans, quæ & intrinsecus spiritum suffocãs, submurmurat, ac modico tractu uolutatur, haud raro tonitru, nymbos demittentis Olympi similis: interdum strepentibus maris fluctibus, dum ad scopulos illisi fremunt. Qui hoc malo angitur, ægre magnaq́; difficultate respirat, adeoq; uenenata illa ixiæ potio, protenus excrementa eiicit, ouorum similitudine, qualia domestica auis quæ cum pullis dimicare adsuetis, concũbit: aliquãdo grumos alui suæ indigestamq́; & incoctã fœturã pugnãdo, humi effundit.

Octauam uenenatam potionẽ ἰξιόεν οὐλοφόνον πῶμα, hoc est, uiscariam penitus necantem potionẽ, uel, ex ixia potũ. Ixiã Interpres genus nigræ blattæ esse ait, quã Diosc. l. 2. c. 35. circa molas & pistrina reperiri tradit. Nicander è dictione οὐλοφόνον, iuxta mentẽ Interpretis, ἐπίθετον facit, quasi ὅλως φονευτικόν, Dioscorides uero propriũ, ixiam ulophonon quoq; dici adfirmans li. 6. ἰξίας δὲ, inquit, ὃς καὶ οὐλόφονον καλεῖται. Ocimo simile quiddã in gustu & odore refert. Breuiter aũt eadẽ ocimi signa quæ Nicander, enumerat: Facit grauem linguæ inflãmationẽ insaniamq́; Cũcta etiã corporis excremẽta cõpescit, & cum defectu animæ, uiscerum intestinorũq; tumultus & strepitus excitat, neq; quicq̃ tamen excernit. Cæterum huc sunt accersenda, quę Virg. Marcellus in Diosc. de ixia tradit, q ixiã & chamæleonẽ eandẽ esse radicẽ ostẽdit. Porrò Diosco. l. 3. c. 8. chamæleonẽ albũ & subinde nigrũ describit. Chamæleonẽ albũ erisisceptrũ & ixiam appellari tradens, à Romanis aũt carduũ minorẽ, adiicitq; ixiam deriuata à uisco appellatione (nam ἰξὸς uiscum significat, hinc ἰξίας) chamæleonẽ ideo dixerũt, quòd uiscum quibusdam in locis ad radices eius adnatũ inuenitur, quo pro mastiche mulieres utũtur, præterea nigrũ chamæleonẽ & ἰξίαν & οὐλοφόνον dici subdit. Dissentit ergo Dioscorides à Scholiaste, licet uetustissimo Nicandri, dicente: ἰξίας καὶ βούπρηστις σιλφίων γένη μελαινῶν. πινόμενα δὲ κατέχει τὴν τροφὴν ὡς ἰξός. Et rursum: ἰξίας γένος ἐστὶ τῆς σίλφης ἔστι δὲ τῇ χροιᾷ μέλαν &c.

τυφλώσας excæcauit, inquit, **uenter ambos, & humidorum, & ciborũ trãsitus, hoc est metaphorice, constrinxit, clausit urinæ excrementorũq; secessus, siphones, seu intestina.**

Dũ sordes & excrementa, ouis testa dũ carẽtibus, & nondũ ad plenũ ma

turis, æquiparat, poetice rursum circuit gallos gallinaceos, pugnaces pullos eos appellans. θρόμϐος grumos uel sanguinis concreti, uel alterius materiæ significat. Hinc Dioscoridi est θρομϐοῦσθαι, in grumos concerni: quo uerbo & Nicander posthac in taurini sanguinis ueneno utitur. Oua per appositionē, uētris grumos, & ueluti congelata frusta, partes'ue nominat, & à θρόμϐῳ fecit θρόμϐια, diminutiui formulā, & per ἐπένθεσιν τοῦ ἧτα θρομϐήϊα.

Hoc laboranti malo, diluti absinthii styptica po- I.
tio, cum nuper è torculari presso musto, dolorē adi-
met. Resinā itē terebinthinā, & piceæ sæpe, tristisq; pi- II.
nus lachrymas resecabis, ad quā Phœbus cutē mēbrorū Marsyę suspendit, hinc ea undiq; cantatū Marsyę fatum gemens, sola per ualles, incessanter imbellem sonitum lugubre'ue carmen edit.

Piceæ pinusq; emanantē resinā sumendā, aduersus ixiā pcipit, musto uidelicet. Marsię aūt paradigmate poetico amplificat, ut Apollo uictū à sese Marsyā carminib. & musica strinxerit, adeoq; ei cutē detraxerit, deinde ex pinu suspēderit. Qd respiciēs D. Euricius Cordus nō minus in literis, in poesi potissimū, q̄ medicina clarus, Academiæ Marpurgen. Aesculapi⁹, & Chirō, elegās epigrāma lusit, q̄d ob sui uenustatē nō pigritabor hic adscribere: nō q amico tanto adblandiar, odi eñ perpetuo scabētes se mutuo mulos, sed ut quod in corde sentiam, libere proloquar. Non eget is meo encomio, quē sua hactenus cū eruditio tū uirtus, omnibus & bonis & doctis admirabilē reddidit. Sed epigrāma eius sic habet:

EX EPIGRAMMATVM CORDI. VIII. LIB.

In Gallogræcum.

Nullum quòd scabie scateas caussabere uictum.
Est alia illius, quæ mihi caussa patet.
Temnere te nostras audiuit Apollo camœnas,
Et Marpurgiacæ non bene uelle scholæ.
Id patiens ægre Deus, hæc qua crimina pœna
Vlciscar, quis erit sat cruciatus ait?
Quas ego, quas socius chorus & Tritonia sedes
Incolit, et tanti, candida turba uiri,
Tu miser infami conspergis homuncio labe,
Et mea non alto pectore dona capis?
Dixit, & ex alta uoluit te glubere pinu,
Stultitiæ tulit hæc Marsya fata suæ.

Vidit

Vidit id assistens, pro te'q; Minerua rogauit,
Ac fatuo, dixit, parce precor Babyi:
Tum Deus haud impune tamen mihi prorsus, abibit,
Seruatam uexet, pessima psora cutem.

ἀιάζειν est lugere: hinc Aiax à miseria & luctu nomen habet ἀίας, ut est apud Sophoclem in Aiace flagellifero.

III. Satura laborantem etiam polii masculi mures interimentis flore. Ad hęc rutæ humilia germina decerpe, nardum item, castorisq; in fluuiis & paludibus uersantis testiculum abscinde.

Scholia monent neminē antea poliū μυοκτόνον appellasse, nec mures occidere. In theriacis supra meminit polij Nicander, sed ibi μυοκτόνον non appellauit, iudicent hæc naturæ antistites.

IIII. Seu cultello interdum cōteras resecesq; oboli mēsura parum de silphii liquore.

Silphium Romani laserpitiū uocāt. Sunt, inquit Dioscorides li. 3. c. 85. q caulē priuatim silphiū uocēt, radicē magidariū, folia ꝟo maspeta. Liquor huius Cyrenaicus, Syriaco & medico præstat. Liquor silphij, liquor Cyrenaicus uocatur, inquit, Scholiastes.

V. Haud raro sicco tragorigano, aut lacte coagulato in mulctra cui recēs infusum erat, saturetur.

Hircina origanus.

Tragoriganō, origanus est hircina, quā Dioscorides lib. 3. c. 30 describit. Scholia montanū esse origanū dicunt, qui ideo ab hircis nomē habeat, ꝙ eū gustantes hirci, ima nonsnmma, nō cacumina montiū petant. Porrò lacte nuper coagulato, recentē caseum intelligi Scholia docent.

IX. Sin ex insipientia quispiam atrum tauri sanguinē gustarit, mœrore ingemit ut nimio cruciatu tandem conficiatur: quando cordi appropinquans, sanguis ille uerno tempore abundans, condensatur, ac in medio alui receptaculo in grumos coagulatur, hinc & meatus spirituum obdurātur, halitꝰ intra impletum guttur suffocatur. Atqui tractibus & singultibus iste adflictꝰ, crebro humi, spuma coinquinatus, palpitat.

Taurini sanguinis uenenata potio. Signa hausti ueneni.

De taurino ſanguine eſt apud Dioſco.li.6.c.25. εἴαρ ſanguinē uocat, qui uerno tpe eſt abundantior. Tauri ſanguinē inquit Praxagoras, hauſtū cōdenſari in pectore, adeo ꝙ in grumos concerni, deinde ſpiritū & anhelitū ſuffocantē, hominē cogere aduſq; mortē. μεμορυγμένος pro μεμολυσμένος.

Aduerſus hunc, demetas ſucculentos fici ramos, aceto eos irrigās, deinde aquam admiſcebis, lymphā ita, conſtringentemq́; aceti potum temperans. Antidotū I.

ἐρινοὺς ramos fici interpretant̃ Scholia, ἀποκραδίσσας, ἀπὸ τῆς κράδης κόψας. i. à ficu cædas. ἐμπίσοιο pro βρέξον, hoc eſt irriga.

Alui tuæ ſuſtentacula, purgationem'ue ficus corti ce tibi conficies. Tuq́; mixturæ aptū capreę ſiue hinnuli, uel hœdi coagulum ſubtilis ueli ſinu rimoſo colabis, uelocis leporis etiam ſumpto coagulo, ſalutarē laboranti opem adferre queas. II.

Vel bene contriti nitri, trium obolorum rectā mē ſuram prębe, quā ſuaui Bacchi potu temperabis. III.

Aequalem item partem ſilphii, liquorisq́; Cyrenaici ſumes, ſemenq́; braſſicæ, aceto ſatis permixtum.

Vel ſatia hoc malo infectum, uirga ſeu calamo uel culmo non bono cortice inſignis conyzæ. IIII.

Vel piper, uel rubi ſemina conteras. Hoc enim pacto congelati taurini ſanguinis copiam, nullo negotio diſperſeris, uel in uentris receptaculo conſiſtētes grumos diſieceris. V.

Nec te clam ſit, adfligens, inuiſæ bupreſtidis potio. Sed eo malo domitum hominē cognoſcito. Hæc labris colorem aſpergens, grauem etiam nitri olētem ſaporem hauſta prę ſe fert: at uentris tormina, quorū cruciatus uel in facie appareat, excitat, urinam oppi- X. Bupreſtidis uenenata potio Signa.

lat, hinc ima uesica substrepit, ac omnis ei uenter incẽdit, ceu quādo hydropic⁹ tympanites p medias sordes collocat umbilicū, cui circa mēbra extensa planè cutis cernitur. Atq; hæc interdū buculas, interdū uentris amantes & materni lactis uitulos accendit, quando pecudes suas pastores, in pascuis sæparant, quā ob caussam eam pastores buprestin dixere.

Buprestis terrestre animal, cui nomen inditū est ab incendendis bubus, ut etymon eius uocis arguit, παρὰ τὸ βοῦς βόας ἐμπιπράναι. i. ab incendendis bubus. βοῦς bouem, πίμπρημι ardeo significat, perinde ac etiā ipse Nicāder interpretatur. Diosc. l. 6. c. 3. eadē quæ Nicāder hic de hausta bupreстide tradit: Qui buprestidē hauserunt, graueolēti nitro simile, inquit, aliquid in gustu sentire uident. Accedūt stomachi & alui grauissimi odores, earundēq; partium grandes tumores, quales in cutē subeuntibus aquis fiunt. Toto corpore etiā his extima intendit cutis, supprimiturq; urina. Hydropa τυμπανόεντα, differētiæ cā poeta dixit. Nā tria sunt hydropū gñā, ut Scho. tradūt, q̄ṙ unū τῷ τυμπανόεντος. λίτρῳ & νίτρῳ Scholia synonyma faciūt hic apū Nicād.

Antidotum. 1. Hanc contra, ficuum tenerioris summi coliculi, cui tria folia sint, umbilicosam satisq; arefactam potionem uino misceas.

κράδην ficū hic signat. ἄλλοι δὲ τὸ τῶν σύκων πυθμένα, ὀμφαλὸν ὀνομάζουσι, Iulius Poll. 2. Variat hic lectio, τριπετῆ ēm uel τριετῆ legi potest, ut Interpres indicat. Præterea κράδην nedū ficū, sed proprie teneriorē & summū ficus coliculū, q transplantari potest, dicit, ut Marcellus Dioscori. Interpres doctissime ex Theophrasto alijsq; docet. Si τριπετῆ legatur, sentētia erit, qualis est uersa: sin τριετῆ, ita ut κράδην pro ipsa ficu accipiatur, sensus erit: Bonæ ficus arefactæ umbilicosam potionem, uino treis annos nato, misceas. Sed quid ὀμφαλόεσσαν. quō umbilicosa uel umbilico similis potioni conueniet? Licet Nicander per ad πόσιν referat, umbilicosam tñ ad ficū connectendū est: ὀμφαλόεσσαν ergo potionē. i. quæ fit ex ficubus, quibus fit umbilicus, nā ficus inferne rimas habent instar umbilici, per quas liquor ipsorū effluit. Summa: iubet ut aridi ficus uino cocti dētur ei qui buprestin hauserit. Vel ὀμφαλόεσσαν. i. nutricantē alētemue. Nā oēs in utero matris infantes per umbilicū alimēta recipiunt, atq; respirant.

Vel malleo resectos, mixtosq; tundas, igni liquefacies, tū calentium tibi morborum erunt remedia: dulci

dulci itaq; potu uescentem uirum saturabis.

Quum Nicander ait, καί κε μελιζώροιο νέον κορέσαιο ποτοῖο. dubiū esse Scholia dicūt, nū μελιζώροιο adiectiuū sit, pro dulci, quo supra in Theriacis usus est, ut sit ad potū ex aridis ficis confectū referendū: uel an potū ex melizoro herba intelligat. Quid uero herbæ sit μελίζωρος non indicāt.

Lac in uasculum fundito, tenerumq; panicu- II.
læ fructum admisceto. Aliàs etiam aridæ achradis, III.
uel bacchæ, uel myrsines fructū admisceto, aliàs ipsas myrtos in uinum coniicies.

Præterea buprestide infectus, fœminæ mammis, IIII.
instar recens geniti infantis, sese admoueat, ac uituli in morem ubera sugat. ¶ Achras, bacche & myrtine spēs sunt pirorū, qn & oleæ spēs est myrtine uocata. Achradis in The. supra meminit. Achras teste Dios. syluestris piri spēs tarde maturescēs.

Quēadmodū nup natus uitulus, ubera pulsans, amabilē matris suę lactis copiā è mēbranis suis exturbat.

Aliquādo & pingui olei potiōe satures languentē, V.
& ad uomitū cogas, tametsi is nihil desideret: uel manu tensa coges, uel penna, uel papyri flexile incurues foliū, quod p guttur haustū pharmacum extrahat.

Curæ buprestidis anacephaleosin talem facit Interpres: A ficubus aridis & contritis potio prima, uel melizori sufficiens potio, uel lactis & in palmarū fructu mixta potio, uel sicci pyri, aliorumue pirorū cū uino. Siue ut sugat māmam mulieris instar pueri. Vel calidi olei ad saturitatē usq; potio. Opus est aūt ad quālibet potionē immittere digitos, uel papyrū, aut pēnam iniicere in os, & ad uomitū cogere, ut q̄celerrime à morbo liberet.

Quòd si recēs lac in uētris receptaculo, coaguletur, XI.
iamtum illum collectæ potiōis suffocatio perimit. *Lac cui admixtū coagulū fit.*
Huic treis potiones dabis, unam aceti, reliquas duas uini dulcis, angustumq; sub uentrem trahes.

Seu radices silphii è Libya potioni intere, interdū

n 2 etiam

etiã liquoris aliqd Cyrenaici, ac in acetabulo resoluas

III. Sæpe & mollem superadmisceas Cunilam.

IIII. Vel musco marino similem thymi spicam. Aliàs & eucnemi botri in uino humectati commistiq; potio iuuat. Interdũ & coaguli potus, grumos dissoluit, diffuditq;. Ac uiridia minthæ folia, seu melissophylli styptica aceti irrigata potione.

εὐκνήμου .i. pulchras tibias habentis.

Dioscorides mixtim coagulo lac si sumat, in grumos coire ait li σ.c.26. Nicander omisso coagulo, si sumptũ in uentre coagulet dicit. Quæ nõ ad modũ inter se pugnant: est idem eñ utrinq; periculum.

XII. Dorycniũ. Signa.

Sed agriam dorycnium considera, cuius facies saporq; lacti planè similis est, Huic insueti singult⁹, ordine ceruicem pulsant. Dolensq; hoc malo sæpe cruentum per os uentris egerit cibum. Interdum è uẽtre turbidum, mucidumq; eũdem fundit, ceu homo qui intestinorum torminibus atq; inani desidendi cupiditate adfligitur, iam tum arcti cruciatu maceratus, corpore suo labefactatus, strependo procumbit. Nec aridum suum os irrigare desiderat.

Dorycnium, ut habet Diosco. li σ. ca. σ. quidã furiosum solanũ uocauerunt. Nicandri Interpres melissophyllon etiã appellari docet. Agrestis, inquit, herba est, quæ colore, sapore, & odore lacti similis est, ut nõ facile iudicari possit à bibente, lac ne an aliud quippiã bibat. Demophon eius uocis etymon reddens, παρὰ τὸ δόρυ .i. ab hasta deductũ putat, quod hastæ occidẽdo par sit. Cur uero Dioscorides linguæ humiditatẽ Dorycniũ officere, Nicãder aridũ reddere dicat os, medicę artis professores dijudicẽt, mea eñ nõ interest. τεινεσμός inferioris intestini inanis egerẽdi cupiditas, adeoq; intestinorum tormina significat, ut docte Virg. Marcellus in 20 capite l.1. Dios. interpretat. Scholia inter τεινεσμὸν & δυσεντερίαν discrimen faciunt, descensionẽ τεινεσμὸν exponentes, παρὰ τὸ τείνειν: sequi q; tenasmũ δυσεντερίαν, hoc est intestinorum tormina. Præterea aliũ huic affinem morbum chordapsum, quasi chordas seu neruos tangentem.

Demophon.

Con

Contra hoc mali, ſæpe lactis potionem dabis, ali- Antidotum I.
às paſſum ſalſius poculis miſcebis. II.
Præterea pinguium gallinaceorum igni elixa III.
caro, bene ſaginato pectore ſuo, mãducata, prodeſt.
Sæpe huiuſmodi carnis ſuccus & liquor commo- IIII.
dauit, è cymbio abſorptus. Et quotquot beluę ſuper ſo
nantes maris ſcopulos, circa muſcoſa ſemper littora V.
pabulãtur. Quarum aliàs crudas guſtet, aliàs coctas,
ſæpe flãma etiã fouẽs. Cõchyliorũ porrò multo ma-
gis, calches item comeſtibilis, pinnę & rubentis echi- VI.
ni conuiuia medebunt, atq; ctenes, neq; ceryx iamdiu
aberit, & quæ marina algaa creſcit augeſcitq́; tethe.

Conchylia Nicander βόμβα uocat, quibus pro tuba utebãtur. Calche Conchylia.
ſpẽs eſt purpuræ, qua mulierculę calchiũ tingũt. καλχαίνειν eſt purpura tin Calche.
gere. De echino & ctenibus Dioſco. l. 2. c. 1. & 4. Ctenes item marini pi
ſces, ob ſimilitudinẽ uolæ quæ manũ & pedũ eſt, κτένες appellant. Nã κτεὶς
κτενός uolam ſignificat Pindaro, aliàs etiã pectinẽ. Tethe oſtrei genus eſt,
quod lepas aliàs dicitur.

Neq; inuiſa pharici potio te fallat, quæ impenſe XIII.
maxillas tuas cruciauit. Hanc guſtu nardo ſimilem
noueris, hoĩes aũt tremulos reddit & in rabiẽ adigit,
unoq́; die facile grauẽ laborãtẽ'ue hominẽ interimit.

De pharico hæc Scholia tradũt: Praxagoras memoriæ prodit, ſic uoca
tũ à Pharico uenefico quodã Cretenſi, qui hoc repererit. Sunt qui primũ
Pharis Arcadiæ repertũ uelint: appellat aũt etiã Medicũ. Sũt qui in Theſſa-
lia in Pheris, alij Lacedæmone. Pharis em̃ Laconicę oppidũ, Homero teſte
qui in catalogo nauiũ φαρίν τε σπάρτην τε habet. μουνὴρς ἀκτῖνι uno radio, ſo
lari uidelicet, poetice uno die, efficiens pro effectu, radius ſolis em̃ tene-
broſum aërem illuſtrans diem & claritatem facit.

Hic tu ſępe certo pondere floridam nardi radicem Antidotum. I.
arcæ ſimilem præbe, quam Cilicii montes & iuga cir

ca Cestri inundationem proferũt.

Cestrus Ciliciæ uel Pamphyliç fluuius.

II. III. Aliàs Smyrneum dato bene tusum. Recipe prçterea ipsam irida, floridumq́; caput cui Ven⁹ inuisa est, eò quòd secum de colore & forma certaret: hinc mediis eius foliis fœda probra indidit, deformem illic rudentis asini clauam crescere faciens.

Smyrneum in Theriacis explicatũ. Per floridũcaput, liliĳ florẽ intelligit, ut Interpres docet. Caput eñ liliĳ cũ Venere de forma dimicans, malũ præmiũ retulit. Nã Veneris indignatione, adsimilatũ est genitali membro asini, quod poeta ἀφυλῶ κορύνω appellat.

IIII. Nouacula, quam recens acutam feceris, rade glabrũq́; redde caput, inungesq́; farinam hordei, quod nuper floruit, ac gracilia eius folia: sumes etiam rutæ florem, quam suo pastu celerrime lædere cõsueuit eruca: liquamine uero aceti irrigabis, ac tum circa tẽpora commode illines.

σκύλαιο pro κόψαιο.

XIIII. *Hyoscyamos.* Præterea nemo inscius hyoscyamo aluum suã satiet, quemadmodum sæpe errantes ad eam se herbam conferunt, perinde ac pueri solent nouam suam genituram, & quos in partu secum attulerunt crines amittentes, iamq́; prorepere quod sæpe cum sui damno efficiunt, deserentes, erectis tum pedibus uel citra nutricis laborem, ingredi incipientes. Nam illi rerum imperitia ducti, noxio flore conspicuos hyoscyami ramos gustant, nuper sibi natos ad manducandum dentes, sub malis suis ostendentes:
Signa. cæterum attritus ille, tumentes gingiuas reddit.

De Hyoſcyamo Dioſ.l.6.c.15. Ipſo ex etymo fabã ſuillã ſonat. Plin.l.25.c.4. quatuor gña hyoſcyami recenſet. Inuentũ huius adſcribunt Mineruæ. Herculi inquit eã adſcribunt, quæ Apollinaris, apud Arabas altercum siue altercangenũ, apud Græcos uero hyoſcyamos appellat: & ſubdit, oĩa gña inſaniã gignentia, capitisq́ uertigines.

Aduerſus hoc ueneni, puram lactis potionem pla Antidotum. I.
nè ſume. Interdum buceræ (quæ herba in capite ſuo II.
ſemen cludit) quæ flexiles apices foliis ſuis oſtẽtat fra
gilibus, potum accipe. Atq; hæc herba tum plurimũ
profuerit, ſi oleo non citra laborem expreſſo, innata-
uerit. Vel tu ſiccum urticæ ſemen accipe, uel ipſam in III.
terdum urticam ſume, ut cruda ei9 folia uel mandes
uel ita contundas, ut ſuccum, quem bibas, exprimere
tandem poſſis. Poſtremo cichora & cardamiden ſu- IIII.
mes, & eam, quam Perſeum dicunt, quibus æquali põ
dere admiſcebis napeam, rhaphanum, ſubtiliaq; cæ- V.
parum germina. Profuit item aduerſus hoc uirus, ca-
put granis, quibus cõſtituit, fœcũdũ allii recẽs potũ.

Dioſ. lac aſininũ prodeſſe aſſerit, uel ſi id haberi nequeat, caprinũ uel bubulũ. Buceras herba eſt, quæ q̃d inſtar bouis cornuũ ſit inflexa, ideo βουκέρας. i. bouis cornu uocat. Latini fœnũ grę cũ appellãt, Plinio teſte l.21.c.7. & li.24.c.ul. Nec fœnogręco minor autoritas, q̃d telin alij uocãt, alij carpõ, alij buceras, alij ægoceras, q̃m corniculis ſemẽ eſt ſimile, nos ſiliciã. Dioſ.l.2.ca. περὶ τήλεως ἀλεύρου, τῆλις, alij telis fructum, alij buceron, alij ægoceron, alij ceraiten, hoc eſt cornutam, alij lotũ, Romani fœnũgræcũ appellãt. Aegyptij itaſin. Cichora, Scholiaſtes inquit, nos quidẽ gingicidia, Attici cichoria dicunt. Cichoriũ Latini erraticũ intybũ uocant, autore Plin.li.19.c.8. & lib.21.c.15. cuius illic deſcriptionẽ uidere datur. Dioſ. Attice q̃q; cichoriũ nominat. καρδαμίδη. Etſi Aldus δαρδαμίδη legat, quũ Scholia καρδαμίδη habeãt, & Dioſ. κάρδαμον, in antidoto aduerſus hauſtã hyoſcyamũ numeret, naſturtiũ non inepte per καρδαμίδω uel δαρδαμίδω intelliget. Perſeũ arbor eſt, quã Dioſ. Perſeã nominat, ſeu fructus eius. l.1.c.150. Perſeũ uero dicitur, à Perſeo Cephei filio, hæc arbor, perinde ac Mercurialis, Chironia, dicuntur herbæ à Mercurio & Chirone repertæ. Vt uero hæc arbor Perſicas nuces proferens, Mycenas trãſplantata ſit. Perſei ope, ſupra in Alexi-

pharma

pharmacis, in antidotis cerussæ explicatum. Napæam opinor esse, quos napos Plinius lib. 20. ca. 4. describit.

XV. Papaueris potio. Signa.

Animaduerte iuxtà, è sumpto papaueris in capite suo semina gerentis, liquore dormientes, nam illi in summa corporis cute frigent, nec oculi eis aperiunt, sed enim palpebræ eorum immobiliter colligantur, eq; labore eo, odoratus sudor distillat unà collectus, adeoq; ipsum corpus pallescit, ac labia ardent, eq; genis nexus demittunt, id est flaccidæ maxillæ fiunt. Languidus item & frigidus è gutture anhelitus expirat: sępe & liuidus unguis, uel obtortus nasus, mortem non procul abesse nunciant, ipsiq; oculorum, qui in caua recesserunt, radii. Quæ omnia tu nihil metuas, sed curæ tibi sit, qua isti malo ratione succurras.

Antidotum. I. Vino dulci & calido exanguem replēs. Aliàs apis Hy

II. mettidis opera interas admisceasq;, quæ è uitulæ cadauere in nemore procumbentis nascuntur. Nā illic

Amplificat ab apum ortu & mellificio. in cauata quercu primum thalamos unà collectæ sibi parauerunt, operiq; passim incumbentes, Cereri, cellulis digestos fauos præbuerunt, pedibus suis thymum florentemq; ericen depascentes.

Apes Hymettiæ, ab Hymetto Atticæ mōte dicuntur, in q̄ etiā primū ortæ sunt. Nascunt̃ aūt apes è cadauere bubulo, ut supra Nicander testatus est, dū inquit, ἵπποι μὲν σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν. Θύμα plurale à nominatiuo θύμον. Erice, arbuscula est fruticosa, similis myricæ, longe uero minor, cuius flore apes usę, nō bonū mel conficiūt: μέλι ἐργάζονται οὐ σπουδαῖον. Δηώ, Ceres est, cui sacrificabant ὄμπνας .i. triticum melle oblitū. Hic ὄμπνας pro fauis accipit Nicander.

Erice.

III. Rosacei recentem odorem tenera lana dentes impellens aperiensq;, labiis imprimas: quòd si omnino

graui

grauiſopore merſus fuerit,quantũ ſatis erit, eum tra
hes. Vteris etiam interdum ad hanc rem irineo ſalu- IIII.
bri oleo. Mox illum utrinq; corpore feriens excita, V.
aliàs inclamans,aliàs dormientem tundens,ut noxiũ,
quo obrutus eſt, ſomnum diſpergat,cumq; uomitu
malum illum cruciatum egerat,deuitetq;. Viles etiã VI.
ueſtes pingui oleo & uino tingens,appara, ut iis infri
gidata potione membra calefacias. Interdum in cõ VII.
cauo labro,carnem intinge. Ac protenus, calidis bal
neis ſanguinem in grumos coagulatum reſoluẽs, un
guentoq; tabidam cutem inſtaures.

Sin marini leporis male perdentis potiõem depre XVI.
hendas perniciem adferentem,quem fluctus hareno *Lepus marinus.*
ſi maris peperit,odorem eius ſenties qualis eſt ſqua-
marum,&piſcium purgamenti. Porrò guſtus& ſapor *Signa.*
eius piſcoſus eſt,qualis putrefactorũ piſcium eſſe ſo-
let. Vel quum nondum ablutorum corpus ſquamæ
polluunt. Porrò lepus ille ſordidatus,dum recens in
lucem eſt editus,teuthidis infertur ſubtilibꝰ comis, p
inde ac teuthi uel ſæpiæ proles eſſet fugitiuæ,quę ubi
piſcatorẽ animaduerterit,fluctus doloſo felle,adeoq;
nigredine quadam ſua obfuſcat.

Leporem hunc Dioſcorides lib. 6 λαγωὸν θαλάσσιον i. marinũ leporẽ uocat. Adijcit aũt Nicander educationis eius & primæ habitationis eius,quũ genitus fuerit,rationem. Nimirũ quod theutidis uel ſæpiæ piſciũ ille tũ uel branchijs uel comis demoretur:perinde ac uel theuti uel ſæpiæ foret ſoboles. Adnectit etiã per amplificationẽ ſæpiæ piſcis dolum. Nã ſi ea à piſcatore ſeſe peti ſentiat,nigredine quadã effuſa, mare, undas'ue turbat, ut à piſcatore uideri indagari'ue nequeat.

Mala leporem haustũ ſequētia

Leporis ergo marini potionem uiridis fellis ſuffuſio, cum obtenebratiõe uiſus ſequitur, caro paulatim in homine liqueſcit, euaneſcitq́; . Cibos & conuiuia abominatur, aliàs ſumma eius cutis intumeſcit, ac ipſi tali ardent. Circa genas etiam, cauos oculos habentis flores fucati reſident, ſeu rubor quidam in facie circa maxillas naſcitur. Præterea modicum urinæ excerniculum ſequitur. Etenim ea interdum eſt purpurea, interdum plus æquo ſanguinea. Ad hęc, quemcunq; ſibi in conſpectum oblatum piſcem execratur: nauſeabundus enim marinas huiuſmodi epulas auerſatur.

Antidotum I. Aduerſum id mali Phocicam ellebori potionem præbeto, recensq́; decerpti camonis liquorem, ut potũ iſtũ, adeoq́; nõ optimi piſcis uenena effundat.

Camonis, inquit Interpres, per aphęreſin dixit Nicander pro σκάμμωνος. Intelligit aũt per camonis lachrymas, ſcamoniæ liquorẽ. Dioſc. l. 4. Scamoniam, Romanis Colophoniũ appellari tradit. Plin. l. 26. c. 8. ſcammoniũ nominat & ſubdit: Laudatur natione Colophoniũ, Myſiũ & Priennenſe. De liquore ſcãmoniæ, multa Dioſcorides & Plinius.

II. Interdum aſininum lac emulſum bibat: Vel olla liquefactos ſordidatos maluæ ramulos.

III. Tumq́; cedrinam picem, oboli pondere ſumito. Carpat

IIII. & aliàs ſatis rubentem mali granati in Creta nati fructum, œnopes item, & quòd Promenium uocant. Quibus & Aeginetin adiunges, & quæcunq; tenui mẽbrana duros rubentes cortices habent.

Interpres Nicandri œnopen eſſe ſpeciẽ granati mali, uel uitis ait: Promenium itidem granati ſpeciẽ à quodam Promenio Cretenſe dictã. Proinde cum per œnopen & Promenium Punica mala, in Creta naſcentia tñ intelligat, Aeginetis quoq; ad τὴν ῥοίαν, hoc eſt, ad malum granatum, in Aegina inſula creſcens, optimo iure referendum eſt. Etſi enim ut Plinius

ait lib. 13. c. 17. circa Carthaginē Punicū malū cognomen sibi uendicat, in Samo & Aegypto tñ etiā nasci ab eodem recenset, & á Nicandro in Creta. Non uideo ergo quid prohibeat quo minus per τὴν αἰγινῆτιν malū granatū Aeginetic ū accipiat. Duros cortices, Scholiastes monet per antiphrasin, pro mollibus granis accipiendos. Quarti igit antidoti summa est, q̃ fructū mali granati, siue i Libya siue in Creta uel Aeginæ nascētis, laborās ex potione leporis marini sumat, uel alia mollioris rubētis corticis mala.

Aliquando & uino comestibilē cibū, fiscina cōprimas, perinde ac nouellam in suo colatorio oleam. V.

Periphrasi poetica uino comestibilē cibum, uuam seu botrū dicit. Vuā inquit, seu botrū in cyrtide exprimas, dabisq; mustū illud laboranti bibere. Cyrtis uas est è subtilibus iuncis apparatū, quo unguentarij unguentis exprimendis utuntur. Τριπτὴρ item uas, in quo uuas exprimunt. κυρτίς. ὑλισμήριον. τριπτήρ.

Sin quis arcti siti pressus collo, guttureq; suo, è flumine, taurice procumbens potum sumpserit, subtilia iuxtà algę folia manu sua forte fortuna lambendo in stomachum demittens: atq; eo auide bibente, sanguinis appetens ad labia celeriter appropinquans hirudo cibi caussa, cruorem desiderans, abdomen cęciderit. Vel quando sub obscuram noctem, oculorum radios tectus, inconsiderate ad hydriam sese inclinarit bibens, labia sua hydriæ extremitati admouens, gutturq; eius irrepserit bestiola, summis aquis supernatans, ubi primum eas fluminis impetus pertulerit, dē se firmiterq; adhærent, è corpore sanguinem emulgē tes, aliàs portis, ubi spiritus semper collectus, per angustos meatus emittitur, insidentes. Aliàs alui principio infigitur, hominem lædens, recentē excepit cibū. XVII. Hirudo.

Hirudinem, uel sanguisugam, uel interdiu uel noctu, per imprudentiā potu sumptā uenenū letale esse, nisi præsentibus antidotis ei succurratur. Per portas aūt medice intelligit spūs uel anhelitus meatus, hoc est gutturis uel hepatis, uel stomachi principiū orificiū'ue. ἐπινήνοθε pro ἐπίκειται. Scho.

Antidotū I. Tum pateræ infusum acetum ei dabis, ac frigidę in
II. terdum niualis aquæ potum. Sæpe etiam glatiem bo
reæ flatu recens congelatam porriges, Vel salsugino-
III. sam terræ glebam tritam aratro'ue proscissam effo-
dies, ac inde turbidam ei salubremq; potionem confi
IIII. cies. Vel ipsum salum, uel salsam marinam aquā hau
ri, aliàs calente sole domans, aliàs igni adsiduo fouēs.

V. Haud raro sal effossum pariter, uel spumam salis
admiscebis, quam qui sal effodit, in imo subsistentem
colligit, quando aquis, aquas miscuerit.

Καθάλμυς γαίας βώλαξ, terra salsa & sterilior est, Latini salsuginem dicūt. Spuma salis, Græcis est ἁλὸς ἄχνη. Porrò Interpres hic annotauit, φ sal cōficientes homines, salsis aquis dulces admisceant, quibus ceu uehementiā acrimoniæ abluant, adimant'ue: dūq; utrāq; miscent, spuma quædā ex tēperatura illa fit, quæ ἁλὸς ἄχνη à Gręcis appellaẗ, hoc est salis maris'ue spuma. Quinetiā Plinius sal sine dulcis aquæ mixtura confici nō posse testaẗ.

XVIII. Neq; iam terræ malum hominem adflictet, sæpe
FVNGI. in pectore intumescens, interdum etiam in gutture
Signa. *Periphrastice* suffocans. Quando iuxta profundum latibulo uici-
i. iuxta uiperæ latibulum. num tractum, enatum fuerit ex ore uiperę cum uir9,
tum grauem halitum sorbens. Illud zymona potu
sumptum, generatim fungos appellant, apud alios
aliud etiam illi nomen inditum.

ζύμονα, inquit Scholiastes, fungos appellat, φ terræ ζύμονα i. luto sint similes: uel φ ex terra enascunẗ quodam sui tumore. Plinius fungos arborū morbos appellat: sed fungi non sunt oēs uenenati, perinde ac Plinius itē tradit lib. 20. Varia apud uarios ipsius ζύμονα nomina esse Nicander adfirmat. Propterea quòd alij μύκητας, alij glebam amaniten uocent.

Antidotum I. Atqui tu raphani cōtra hos inflexum caput dato.

Per raphanum, cramben uel brassicā hoc loci accipiendā monet Interpres. Caput ergo raphanes erit caput brassicæ.

Vel rutæ

Vel rutæ inuoluentem ſeſe ramum tundas. Haud II.
raro & laborati æris ueteris florem. Aliàs clematidis III.
cinerem in acetum immitte. Interdum & pyritidis ra IIII.
diculam, aceti liquamine irriges, uel nitrum, carda-
miq; folium in ſulcis creſcens. Medicumq; malum,
ardensq; ſinapi. Simul etiam uini fecem flamma to V.
ſtam ex aceto bibere dabis. Vel domeſticę auis, ſeu gal VI.
linaceorum fimum. Porrò grauem ſeu dextram ma-
num in os ingerens ciendo uomitum, abs te amarā
arcebis mortem.

Aeris florē bibendum aduerſus hauſtos fungos præcipit. De quo Plinius, Aeris flos medicinę utilis eſt. Fit ære fuſo, & in alias fornaces tranſlato, ibi flatu crebriore excutiuntut, uelut milij ſquamæ, quas uocant florē: cadunt cū panes æris aqua refrigerant, rubentq;. Dioſcorides l.5.c. de æris flore, quō ex ære dum extinguit, fiat τὸ τοῦ χαλκοῦ ἄνθος, itidē tradit. Clematis herba eſt, cui⁹ duas ſpecies Dio. deſcribit li.4.c.7.& 8. priorē hic à Nicādro ītelligi eſt: cur adducar ut credā, q̄ ea cōtra ſerpētū morſus cōferre à Dio. memoret. Altera non item. Quod ſi aduerſum ſerpentes ualet, poterit & reliquis uenenis antidoti iure accōmodari, medicorum iudicio conſilioq;. Clematis. πύρεθρον.

Per τὴν ῥιζίδα πυρίτιδα, pyrethri radicē intelligit. cuius ſuprà facta mentio. λιζὸν pro νιζὸν, ut ſupra etiam cōmonſtratum. πρασίῃ ſulcum hic ſignificat, ut apud Homerū Odyſſ.ω. —οὐδέ τι πάμπαν

οὐ φυτὸν οὐ συκῆ, οὐκ ἄμπελος, οὐ μὴν ἐλαίη
οὐκ ὄχνη, οὐ πρασίη τοι ἄνευ κομιδῆς κατὰ κῆπον.

Medum. Malum eſſe Mediæ ſeu Perſidis, quod τὸ νεράντζιον appellet, Scholia indicant. In antidotis cantharidū ſupra ἐμματέων habuimus, quod Interpres ita reddidit: ἐμμάτειν ἐστὶ τοὺς δακτύλους καθιέναι εἰς τὸν κοῖλον τόπον, hoc eſt digitos in concauū locū immittere ſignificat ἐμμάτειν. Cum ergo ab eodem uerbo κατεμμαπέων ſcribat, pro ingerēs dextrā manū in guttur, ſatis apparet κατεμματέων legendū. per π enim τὴν σπουδὴν præ ſe fert. μῆδόν τ'. κατεμμαπέων

Sin te potio ineuitabilis, humorem è cute ſua di- XIX.
mittentis lacertæ, impenſe te contriſtantis læſerit, Salamandra.
quam ſalamandram uocant, cui neq; ignis fumus, flā Signa.
ma ue officit, confeſtim lingua ima ſui parte inflam

marent, ac protenus ille languore uincitur, ingrauescensq; malus tremor membrorum compages dissoluit, adeo ut hinc inde nutãtes infantium more & manibus & pedibus prorepant, intantum uidelicet mentis acies hebetatur. Porrò in summa cute uibices pariter liuidæ concurrunt non paucæ, stillantq; dispersa per corpus salamandræ adflictione.

Salamandram in Theriacis agnouimus: quod Nicander aũt ait γλώσσης βάθος .i. linguæ profunditas per circuitionẽ id facit, pro profunda lingua, seu pro ipsa lingua. μόλκη pro μαλακία. De salamandra tñ hoc Andreas herbarius memorabile tradit, inquit Scholia. Quod si quis sanguine eius uel manum uel uestem delibutã reddiderit, eum ab igni innoxium futurum.

Antidotum I. Huic tu piceæ abstersas lachrymas pinguibus tenthrenes operibus admixtis præbeas,

Tenthrene. Tenthrene insectum est mellificans, quod à quibusdã bembix dicitur uel tenthredon: Scholia. Dioscorides salubre contra salamandrã remedium esse ait pineam resinã, quã hic Nicander piceæ lachrymas dixit. lib. 6. c. de salamandra, ubi ferè omnia quæ hic Nicander habet recenset, ut ueluti è Nicandro transtulisse, ut pleraq; omnia uideatur.

II. Quinetiam urticæ semen cum erui farina, mola contusa miscens arefacies. Aliquando uel ipsam urticam terens, cũ arido hordeo, oleo irrigabis, eoq; pharmaco ceu cibo uel inuitum saturabis. Adhæc resina

III. sacraq; apis opera, iuxtaq; chalbanæ radix, nec nõ tenera testudinis oua, prosunt aduersus haustam salamandram. Confert item secti suis axungia: marinæ

IIII. testudinis cocta simul oua miscebis, quę uelocibus alis quas corpore gerit, supernatat.

Quum Nicander inquit, ἀλθαίνει καὶ γίνεσθαι φλιδόωντος ἀλοιφή. hoc est, Cõfert aduersus uenenũ haustæ salamãdræ mactati suis unguentũ uel pinguedo, uel axungia, Interpres in alio exemplari sic scriptũ admonet: ἀλθαί-

ῥηχῷ τ' ἔνερθε πυρὸς ζαφελοῖο κεραίης. Hoc eſt, medent & proſunt .ſ. teſtudinis oua, uehementer ardentis ignis prunis toſta. Chalbana uero liquor eſt è radi ce platani congelatus. In Theriacis de chalbana plura. Chalbana.

Interdum ſumito montanæ teſtudinis in cytiſo commorantis oua, quam indefeſſe canoram fecit, tametſi uoce uacaret, Mercurius. Siquidem carne ſpoliauit uarium conchylium, eiuſq; humeris duos cubitos appoſuit. V. *Digreditur ad fabulā quam et Homerus in hymno in Mercuriū recenſet.*

Duas teſtudinū ſpēs facit, alterā aquaticā, alterā terreſtrē, è qua Mercurium citharam finxiſſe dicit, Homeri in Mercurium hymno conſonans, ubi poeta elegantiſſime è teſtudine repertam citharam canit. Duos cubitos duo lora appellat uel canones uel ordines, unde chordę ſeu nerui dependent, ſeu ad quos ligantur chordæ, & intenduntur.

Tuq; minorum ranularum interficies impudētes parentes, radiceſq; eringi illis admiſcebis, quibus ſcā monii quantum ſatis eſt in ollam iniicies fouens, quibus hominem proxime mortem profectum, exaturans, conſeruabis. VI.

τέφυνες, in ſuperioribus minores ranas eſſe cognouimus. ῥίζιδας ἠρυγγίδας: Eringi radicem dicit. λαιδροὺς, ἀναιδεῖς. impudentes, propter immodicam coaxationem.

Quòd ſi ex phryno in æſtate ad nocendum parato potu guſtarit aliquis, uel à muta rana eandem ſpeciem nacta, quæ fruticibus uerno tempore adhæreſcit, noxam adferens, roremq; lingens bibendo quicq̃ ſumpſerit, ea quæ æſtate paratur, thapſi herbæ uiriditatem, ſumentis corpori inducit, membra incendit, ipſeq; halitus frequenter collectus, difficulter effert, grauemq; è faucibus odorem ſpirat. XX. *Signa.*

Duo ſunt ranarū gña, alterū æſtiuū, alterū hybernū. Aeſtiuæ ranæ coaxatrices ſunt, minuſq́ noxiæ. Hybernæ mutæ ſunt, & lætales. θερειομένου. i. in æſtate ad nocēdū parata. Atqui ſic apparāt è phryno uenenū: Summā eius

cutem

cutē pungētes, uulnus illi infligunt, deinde saniem eius colligētes, tingūt ea cibū & potū: sicq; homines quibus id dederint, interimūt. Quanq̃ Scholia dicant κῶφον ranā esse, φρύνον non item. Dioscor. tū phrynū ranā facit, eadēq; de eius ueneno recenset quae hic Nicander lib. 7. c. περὶ φρύνου. & Plin. lib. 32. c. 5. Sunt inquit, quę in uepribus tm̄ uiuunt, ob id rubetarū noīe, ut diximus, quas Græci φρύνους uocant grandissimæ cunctarū, geminis ueluti cornibus, plenæ ueneficiorū. Mira de his certatim tradūt autores, illatis in populum silentium fieri: Ossiculo qd̄ sit in dextro latere, in aquam feruentem deiecto, refrigerari uas, nec postea feruere nisi exempto. Et aliud esse in sinistro latere, quo deiecto feruere uideat̄, ἀτρόκυνον uocari. Canū impetus eo cohiberi &c. In summa, duo genera ranarū uenenatarū numerat Nicander, prius φρύνον appellat, cuius ueneficia primū subnotat unà cū antidotis: posterius κῶφον, cuius uenenatā naturā postea memoriæ prodit pariter cū antidotis. Atq; ex hac diuisione textus Nicandri planus est, nec obscuritatis quicq̃ retinet, alioqui hoc loci Scholia plus Nicandrū obscurant q̃ quod lucem ei addant.

Huic tui uel elixæ uel assatæ ranæ carnem præbeas. Aliquando picem, suaui uino mixtam. Præterea splen perniciosę phrynes aduersus hoc mali prodest, phrynes inquam palustris multisonæ, quæ in alga demorans, primum amœnum desiderabileq; uer acclamans denunciat.

Antidotum I. II. III.

Hæc de ueneficio & antidotis. Nūc alterā ranam, quā & κῶφον uel ἄφθογγον .i. mutam, sono & coaxatione uacantem, nominat, prosequetur. Porrò quum λημναίης φρύνης exemplaria habeant, mihi λιμναίης in priori per ι. ἰῶτα scribendum uidetur ut sit à palude uel stagno, non à Lemno insula.

Castigatur exemplar.

XXI. *Mutæ ranæ Signa.*

Cæterum asona illa muta'ue rana in culmis & arūdinetis frequenter agens, uiridem colorem, qualis est buxi, humano corpori offundit: Os etiam bile humectat, felle'ue replet; singultus item hominem corde laborantem frequentiores turbant. Iam & stillare faciens semen aliàs uiri, aliàs mulieris, spargensq; per mēbra, utrunq; sterilem, & ad generandum inidoneum reddit.

καρδιώωντας, τὴν καρδίαν ἀλγοῦντας. Scholia.

Huiuſmodi intoxicatis, ſatis uini in pocula fundas, & ad uomitũ uel inuitum adigas, uel igni, labrum ſudando deſtinatum, fouens aſſidue, difficulter curabilem hominem calefacias, ut plurimum ex eo ſudoris eiicias. Inſuper aridæ arundinis radicibus euulſis, temetũ ſuperinfundas, quas proprius ſuus lacus enutriuit, † ubi tenuia reptilia pedibus ſuis natant.

Antidotum I. II. III.

† Amplificat ranaꝝ periphraſi. Nã tenuia ſerpentia minores ranas dicit, Interprete monente.

Vel uiridantis cyperidis uel cyperi folia tunde. IIII.

ἢ φιλοζώοιο κυπείριδος ἢ κυπείρου. Orationem ellipticam hic poeta relinquit, adeoq́ꝫ imperfectam. Vel inquit uitam amantis, hoc eſt uiridis cyperidis, uel cyperi: dependet autem huius antidoti perfectio, meo iudicio è præcedenti, nam ſi adijciatur, ἀπὸ ῥίζας κόψας οἴνῳ ἐπιγκεράσαιο. hoc eſt radices abſcindes uel amputabis, ac uinũ ſuperinfundes, conſtabit ſibi oratio. Hac enim ratione potus aduerſus letalem mutã iſtam ranam erit. Quod ideo annotare libuit, ne temere quicq̃ reddidiſſe iudicer. Sed iudicent qui uelint, ſugillent, reprehẽdant, bonorum & eruditoꝝ iudicium nemo doctus & bonus unquam detrectauit, ſcioloꝝ uero & arrogãtulorum reprehenſionẽ, tantum abeſt ut uerear, ut laqueum illis, quod aiunt, mandem. Eſt aũt cyperus herba quam Romani iunci radicem uel iuncum appellant, autore Dioſcoride lib. 1. c. 4. περὶ κυπείρου. Alteram quoq́ꝫ cyperi ſpeciẽ in Aegypto naſci, ibidem Dioſc. tradit. Nicandricus Interpres duo cyperi genera affirmat, alterũ maſculum, alterũ fœmineum. Hinc poeta marem cyperũ, fœminam cyperida uocat, uitę amantem, propter ſolidiſſimam radicem appellari, idem ſcribit.

Ipſum uero continua inambulatione à cibo & potu ſibi abſtinentem, arefacias, ac corpus eius macilentum reddas. V.

Ei qui hauſerit ranam, præcipiti ut continuo ieiunus obambulet, ac ita corpus ſuum extenuet. Nam id ſaluti eius conferre.

Neq; te inuiſa crucianſq; argenti ſpuma fallat, quæ ſumpta aluo tuæ moleſta erit: nam & flatus ſeſe XXII. Argẽti ſpuma. Signa.

reuoluentes per medium uentrem & iuxta umbilicũ murmurant, instar torminum curatu difficiliorum quæ hominem adflictant, duris eum cruciatibus impetentes. Nec iam urinæ eiiciendæ patet exitus: mẽbra totius passim corporis ardent, planeq; iam plũbeum seu liuidum colorem induerunt.

De argenti spuma, quam Græci τὴν λιθάργυρον, χρυσῖτιν, ἀργυρῖτιν καὶ μολιβδῖτιν appellant, Dioscorides lib.5.c. περὶ τῆς λιθαργύρου, Plinius lib.33.ca.6. De ueneno uero & antidotis lithargyri Dioscorides eadem, quæ hic Nicander, scribit lib.6. dum inquit: λιθάργυρος δὲ ποθεῖσα βάρος ἐπιφέρει στομάχῳ καὶ κοιλίᾳ, καὶ ἐντέροις, μετὰ στρόφων ἐκπιεζομένων. ἐνίοτε δὲ πνώσῃ τὰ ἔντερα διὰ τὸ βάρος καὶ ἐπέχει τὰ οὖρα, παροιδεῖ δὲ αὐτῶν τὸ σῶμα, καὶ μολιβδώδη ἀπρέπειαν λαμβάνει.

Antidotum I. Huic myrrham duorum obolorum pondere dato. II. Aliquando & recentem hormini fusuram seu liquorem.

Horminum herba est, quam Romani geminalem uocant. Duplex eius species, altera satiua, altera syluestris, cuius substantiam & qualitatem, ut dialectice loquar, & uires Dioscorides tradit lib.5.ca. περὶ ὁρμίνου. Et Plinius lib.20.cap.10.

III. Aliquando & montanam hypericum tundas, in-
IIII. terdum hyssopi ramulos. Haud raro agrestem ficũ,
V. semenq; selini, cuius in Isthmiis ludis usus fuit. Nam
Sisyphi genus. Corinthii (quibus olim Sisyphi genus dominatũ est) eam herbam pro corona adhibuerunt iis spectaculis quibus puero Inus Melicertæ mari submerso, iusta funebria persequuntur.

Hypericum herba est, οὐρεῖ, hoc est, ut Interpres uult, montana, nã οὐρεῖ pro ὀρεινὴ positum arbitratur: cæterum si οὐρεῖ ab οὖρον .i. urina deducas, nihil erraueris hoc loci, ut sit οὐρεῖ pro διουρητικὴ .i. urinæ prouocatiua: nam Dioscorides lib.3.cap. περὶ ὑπερικοῦ, δύναμιν δὲ, inquit, ἔχει διουρητικήν. hoc est, ciendæ urinæ uires habet hypericum. Selinum. Selinum uero apium est, quo primum usi sunt pro corona Isthmiæ uictoriæ, postea enim sunt pinu usæ. Amplificat aũt poetice hunc de selino locũ Nicãder Melicertę historia. Vt

uero

rio Melicertes mari perierit est apud Ouid. 4. trāsfor. Et Pindarus in Isthmijs. Siquidē Athamas Iunonis odio in rabiem actus, Learchū filium occidit, ac ad saxum ora eius discussit, qua nefaria re cōcitata mater Ino, cum altero infante Melicerta sese in mare præcipitem dedit, ubi precibus Veneris deorumq; commiseratione, ipsa in Nereida Leucotheam, Melicertes in deum marinum Palæmona transmutatus est. In cuius Melicertæ honorē Sisyphidę, hoc est Corinthij, iubente oraculo Isthmios ludos, uel Isthmia certamina instituerūt: nomen ab Isthmo, angustia illa inter Ionium & Aegæum mare sortita. Quorum uictores primum selino seu apio coronabantur, postea uero in pinum ea corona translata, quod pinus instar maris, sterilis & infrugifera esset. Qua de re uberius in Scholijs Isthmiorum Pindaricorum. At quomodo Sisyphus Aeoli filius, & Corinthiorum rex fuerit, est apud Homerum Iliade ς.

Piper item æquali pondere cum rysimo tundas, ac uino interas, malamq; ægritudinem cohibebis. VI.

Rysimon herbæ species quam quidam rutam dicunt. Scholia.

Cypriq; recens germinantes flores, ac mali Punici nouumq; uirentem cytini fructum præbeas. VII.

Per cypri flores alij peculiarem herbam cypron dictam accipiunt, alij flores Cypri insulæ. Diosco. lib. 1. cap. 125. κύπρος δένδρον ἐστὶ περὶ τὰς ῥάβδους φύλλα ἔχον ἐλαίᾳ παραπλήσια, πλατύτερα δὲ καὶ μαλακώτερα καὶ χλωρότερα, ἄνθη λευκὰ βρυώδη. &c. Hoc est cyprus arbor est, circum uirgas folia habens oleæ similia: latiora uero & molliora & uiridiora, floribus muscosis. Si Interpretē sequamur incertum nobis relinquetur, quę sit cypros herba, incertū item, quos Cypri insulæ flores intelligat. Sin Dioscoridis cyprum, arborem nimirum hic sumamus, non obscurum erit quid uelit.

Cytini sunt malorum Punicorum flores, ut Dioscori. habet.

Caueas iuxtà, ne Smilon abieti similem Oeteam, mortis deplorandæ datricem sumas. Quam & plena summaq; uel multa uini potio, præter solitum uel una restinxerit, quando hominis tonsillas, & angustū gutturis iter obstiparit. XXIII. Smilos. Antidotū 1.

Smilos germen est abieti simile, unde & ἐλατίνδα uocauit. οἰζαλῶ appellat, siue quod τὸν οἶζυν, id est mortem & calamitatem adferat, uel quod in Oeta Aetoliæ mōte crescat. Andreas dormientes apud Smilon intermori ait. Theophrastus de hominibus nihil dixit, sed hoc solum quod animā

tia magnarum caudarum tantummodo si gustarint, uel ut quidã uolunt olfecerint, moriantur. In summa: Smilos arbor est, quam Dioscor. σμίλακα nominat lib. 4. ca. περὶ σμίλακος: quam Romani taxon dicunt, abieti folijs & magnitudine similis, tam uenenata, ut uel umbra eius assidentibus lætalis sit. Cuius descriptionem & uirus è Dioscoride petere licet lib. 4. & 6.

Præterea & dolorem adferentes fungos, homini, ob uenenum insalubres in suum reposuit libellũ Nicander.

Fungorum uirus, & repugnantia illis antidota suprà recensuit: quę hic tamen ad finem annectit, ibidem omisit, ut superiorum de fungis remediorum hæc ueluti τὰ παραλειπόμενα uideri queant.

Confert itaq; aduersus fungos ea arbor cuius ramis inuisa est Diana, quę & ipsa sola non facta est Imbrasiæ Iunonis corona: quando enim pulchritudinis nomine certamen inierũt diuę in Idæis collibus, Venerem, ipsa uidelicet myrtus ornauit.

Imbrasia Iuno est Samia, sicut supra Imbrasidem terram pro Samia dixit, ab Imbro Sami olim insula.

Iudicio Paridis myrti mentionem dilatat. Quum enim myrtus Veneri sit sacra arbor, solam Venerem, neq; Iunonem uel aliquam aliarum diuarũ ea coronatã dicit: quandoquidẽ Venus ex eo certamine primas retulerit.

Ab aquosa igitur myrti sylua salubrem medicinã rubentem, nempe fructum, uel hybernis flatibus crescẽtem, solaribus radiis fotum digito teres, succumq; per subtile uelum colabis, uel uimineũ corbem, sicq; expressum, cyatho acetabuli mensuram capiente, bibere dabis, uel paulopl⁹. Nec enim oberit si ultra acetabuli modum porrexeris. Est enim talis potio nõ parum salutaris mortalibus, imò longe commodissima tibi fuerit, si biberis.

Myr

Myrti fructuum succum insolatũ, aduersum sumptos potu fungos ualere præcipit. Myrti genera apud Plinium numerantur li.15.ca.29. Dioscorides item lib.1.cap. περὶ μυρσίνης. Claudit autem Alexipharmaca hæc perinde ac suprà Theriaca sua uoto & exoptatione. Optat enim sui memoriam fieri, & apud Protagoram Cyzicenum, & apud studiosos, ad quos siue iucunditas siue commoditas ex hoc suo scripto promanarit, hunc ad modum:

Porrò Nicandri poetæ memor iuxtà sis, sic fiet, ut hospitalis Iouis legi non renitare.

ALEXIPHARMACωN FINIS.

Apud Agrippinam Romani Imperii Coloniam, impensa Iohannis Soteris, nono Calendas Apriles: Anno à Christo nato MDXXXI.